Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0002-8

~~12~~ 13

# VARIAS SYPHILIDIS THERAPIAS

PRO LICENTIA

GRADUM, HONORES ET PRIVILEGIA

MEDICINÆ DOCTORIS

RITE IMPETRANDI

SOLEMNI PHILIATRORUM DISQUISITIONI

SISTIT

*DIE XXIX. MAJI A. MDCCLXXI.*

MICHAEL FRID. BOEHM

ARGENTORATENSIS

H. L. Q. C.

*ARGENTORATI*

Typis JOH. HENR. HEITZII, Univerſitatis Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0003-4

ILLUSTRI

# LIBERALITATIS SCHENCKBECHERIANÆ

DOMINORUM

# DISPENSATORUM COLLEGIO

VIRIS

*NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMO*
*CONSULTISSIMIS, EXPERIENTISSIMO*
*EXCELLENTISSIMIS*

DE RE PUBLICA ET LITERARIA

*SUMME MERITIS*

FAUTORIBUS AC PATRONIS SUIS

PIE COLENDIS

HANC DISSERTATIONEM INAUGURALEM

UT GRATISSIMAM

COLLATI BENEFICII PUBLICE PROFITERETUR

MEMORIAM

*SACRAM ESSE VOLUIT*

AUCTOR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0004-0

# INTROITUS.

Lues Venerea, malum iſtud inſidioſum, quotidie magis vulgatum, Medicorum jam dudum ingenia torſit. Parum circa minutias curioſus non moveo quæſtionem, an novus antiquuſve ſit morbus? Lubens hic Astruccio aſſentio, nec tamen alios diſſentire, lugeo. Malum peſſimis imo ſæpiſſime lethalibus, prima imprimis periodo, ſtipatum ſymptomatibus, non potuit non Medentium animos movere. Inſignis & inconcinna, argumentis à priori potiſſimum deſumtis, commendata remediorum farrago, morbo naſcenti quamvis fuerit oppoſita, Experientia demum monſtrante viam, meliora edocti ſunt Medici. Sic nata calamum exercendi occaſio, copioſiſſimis ſcriptis anſam præbuit. Medelam ab omni ævo tali Hydræ Lerneæ oppoſitam perluſtrare, atque in certas redigere ſtudui claſſes. Magna hic debeo non ſatis laudando Astruccio, qui opus iſtud fere ad cacumen perduxit: ingenue ergo hic fateor, me librorum, quos non uſurpare contigit, ſyllogen, ex iſto Auctore deſumſiſſe, in quantum Therapiam complectitur, & Aſteriſco ſimplici notaſſe. Collectio Aloysii Luisini mihi ſimul



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0005-6

copiam primorum Scriptorum fecit, quæ ne prolixus nimis evaderem duplici Aſteriſco inſignivi. Reliquos, quos paſſim allego Auctores, vel ipſe poſſideo, vel ſaltem ex opuſculis periodicis eorundem notitiam mihi comparavi. Prohibuerunt autem limites Speciminis Academici, quo minus, quemadmodum id in votis erat, ſpecialius in Auctorum Theorias excurrere potuerim, iſta forſan amplior, quam edendam voluto, tractatio, ſuo tempore explebit.

## §. I.

Diverſiſſima ratione Medici Syphilidem, per tria fere, in quibus ſævitiem ſuam in Europa exercet, ſecula ſanare tentarunt. Vel enim primo vitium humoribus à miaſmate inductum corrigere, vel ſecundo illud ex corpore eliminare annisi ſunt. Priorem ſcopum vario ſtuduerunt obtinere modo, & quivis pro varia, quam ſibi de corruptionis natura, qua humores inficiebantur, finxit idea, malo occurrere ſollicitus fuit. Alterum ſcopum omni Evacuantium genere tentarunt attingere. Haud pauci utramque indicationem ſimul explere contenderunt. Fuere, qui corruptos humores allaboraverunt per Medicamenta Aromatica, Balſamica, Amara, Antiſeptica curare, & horum ope, ne ulteriores progreſſus corruptio faceret, præpedire. Alii cum Syphiliticos multum à morbo debilitari, non raro quoque fluxibus præter naturam laborare viderint Medicamenta Adſtringentia commendavere. Alii omne contagium Venenis annumerantes, pro more ſeculi, Medicamenta, quæ omni veneno reſiſtere credebant, in uſum traxere. Iterum alii acribus humoribus Medicamentis Demulcentibus obviam ivere. Nonnulli morbo incognito Specifica Medicamenta opponenda duxere, quorum haud paucorum modus agendi clarius innotuit, poſtquam culta magis Artis Theoria, ſicuti aliorum morborum, ita & Luis

Venereæ genium, in evidentiorem lucem poſuerit. Specificis Exoticis quidam plantas indigenas, quæ aliqua ratione ad ipſa accedere illis viſa fuere, ſubſtituerunt, has vero hypotheſium potius, quam veritatis ſtudio ducti encomio celebravere. Illi denique, qui nonniſi præcones ſuorum quæ celabant Medicamentorum fuere, hujus loci non ſunt. Inter Specifica Medicamenta, circa nullum adeo occupati erant Medici quam circa Hydrargyrum, hinc illud varia ratione exhibuerunt, quumque facile ex ſymptomatibus patuerit, morbum ex ſpiſſitudine, qua impura Venus humores inquinat, naſci, fuere qui & aliis Medicamentis, quæ ſpiſſos humores alias ſolvere valent, hoſtem impugnarunt. Secundæ Indicationi Sudoriferis, Salivantibus, Emeticis & Catharcticis tentarunt facere ſatis, ſed inter hæc talia utplurimum ſelegerunt, quæ ſimul primæ Indicationi reſpondebant.

## §. II.

Agallochum L. PLATER 1) commendat; Abſinthium L. MASSA 2), FERRERIUS 3), PETRONIUS 4); Ariſtolochiæ Radices, FERRERIUS; Meliſſam Calaminthani L. IDEM, Acorum Calamum L. IDEM, H. Montuus 5), PLATERUS,

1) Fel. Platerus Pr. Med. Baſ. *Prax. Med.* prius Baſ. 1602. mihi ib. 1763. exc.

2**) N. Maſſa, Dr. Med. Ven. *Tr. de Morb. Gall.* Ven. 1532. *Coll. A. Luiſini* a) inſert. *a*) Aloyſius Luiſinus Med. Utin. in unum corpus coëgit Auct. *quotquot ad ſuam ætatem de Morbis Venereis ſcripſiſſe noverat*, ac edendos curavit 1566. Venet. adhibui edit. quæ Lugd. Bat. 1728. opera Bœrhaavi impreſſa fuit.

3**) Aug. Ferrerius, Cathar. Med. Gall. Reg. Med. Ord. *de Pudendagra*, Toloſ. 1533.

4**) Alex. Trajanus Petronius, Gregor. XIII. Pap. Med. *de Morb. Gall.* 1565.

5*) Hier. Montuus, Franciſci II. Arch. *Chirurgica Auxilia* Lugd. 1558. cujus Syllogen mihi ſiſtit Aſtruc *b*). *b*) Joh. Aſtruc, Pr. M. Par. ſcripſit varia huc fac. 1) *de Morbis Venereis* L. IX. Par. 1736. adhibui ſemper edit. quæ Par. 1740. prodiit. 2) *Traité des Tumeurs & Ulcères* Par. 1759. 3) Tertiæ edit. Gall. ib. editæ Proœmium.

SINAPIUS 6), qui ejus uſum Tartarorum exemplo probat, apud quos nullum aliud remedium adhiberi aſſerit, Centauream Benedictam L. FERRERIUS, SINAPIUS, Geum Verbaſcum L. FERRERIUS, Caſſiam Ligneam L. IDEM, Pinum Cedrum L. IDEM, PLATERUS, MUSITANUS 7), Gentianam Centaurium L. FERRERIUS, SINAPIUS, Centauream Centaurium L. FERRERIUS, Teucrium Chamædrin L. IDEM, VESALIUS 8) Genuenſes illam immerito magnifacere teſtatur, Citri Medicæ L. ramenta FERRERIUS, Coſtum Arabicum L. IDEM, Dictamnum album L. FERRERIUS & PLATER, Cacti Opuntiæ L. Radices DIAZ DE ISLA 9) ſiquidem hanc ſub Ficu Indica, radice amariſſima intelligat, licet Cactorum inter nos cultorum radices, vix ſenſibilem amaritiem linguæ imprimant. Marantam Galangam L. FERRERIUS, Gentianam Luteam L. IDEM, Lignum Ettalche ſ. Hetechen, quod à Junipero quadam Afr. deſumi ex LEONE 10) probabile videtur, RANGONUS 11) laudat; aſſentiunt TOMITANUS 12), FRACANTIANUS 13), CANNEVARIUS 14). Hypericum Perforatum L. FERRERIUS, Hyſſopum Offic. L. IDEM, Pinum Laricem L. COLLE 15), Laurum Nobilem L. IDEM, Piſtaceam Lentiſcum L. CLAUDINUS 16), CHRI-

6*) M. A. Sinapius, Dr. Med. Pol. *Abſurda Vera*, Genev. 1697.

7) C. Muſitanus Pract. Neap. *Trutina chirurgico-phyſ.* a Joſ. Muſitano Colon. Allob. 1698. ed.

8**) A. Veſalius, Med. Aul. Caroli V. & Philippi II. Hiſp. Reg. *Epiſt. de Radice Chinæ*, Ratisb. 1546.

9*) Rod. Diaz. de Isla Med. Hiſpal. *Trattado contra las Bubas*, Hiſpal. circa a. 1555.

10) Joh. Leonis Afr. *Deſcr. Afric.* Antw. 1556.

11*) Th. Rangonus, dict. Philologus, Pr. Med. Patav. *de Malo Galeco ſanando*, Venet. 1538.

12*) Bernh. Tomitanus, Med. Patav. *de Morbo Gall.* circa a. 1563.

13**) Ant. Fracantianus, mox Patav. mox Bonon. Med. Pr. *de Morb. Gall.* 1563.

14*) Dem. Cannevarius, Urbani VII. Arch. *Comment. de L. ſancto*, Rom. 1602.

15*) J. Colle Pr. Med. Patav. 1) *Coſmitor Medicæus triplex.* Venet. 1601. 2) *Notitia & Medela ſing. Luis Gall.* Ven. 1628.

16*) Jul. Cæſ. Claudinus, Pr. Med. Bonon. *de Ingreſſu ad Infirmos.* Bonon. 1612.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0008-3

STINUS 17), Humuli Lupuli L. Sarmentorum decoctum tanquam novum remedium multis encomiis celebrat COLLE, Tamaricis L. radicem profuturam ſuſpicatur CLAUDINUS & PLATER, negat RUDIUS 18), Nepetham Catariam L. FERRERIUS, Tuſſilaginis Petaſitidis L. radices PLATER, DE LE BOE SYLVIUS 19), Pinus Sylveſtris L. lignum PETRONIUS, COLLE, HIRSCHEL 20), BRASSAVOLUS 21) ſine effectu, Mentham Pulegium L. FERRERIUS, Rhodium Lignum PLATERUS, MAYERNE 22), Rhodiolæ Roſeæ L. radicem Muſitanus, Rorem Marinum Offic. L. PETRONIUS, Juniperum Sabinam L. PLATER, Teucrium Scordium L. FERRERIUS, PLATER, Teucrium Chamæpytin L. FERRERIUS, Andropogon Schœnanthum L. IDEM, Thymum Serpillum L. IDEM, Lavendulam Spicam L. IDEM, Piſtaciam Terebinthum L. IDEM & PLATER, Thymum Vulgarem L. FERRERIUS, Oleum ex Pinu Abiete MASSA, ex variis aliis Pinus ſpeciebus, ex Succino, Petroleum, LOBERA 23), Succinum ipſum E. STAHL & THEBESIUS 24) Infuſum Reſinoſum, HASSELQUIST 25), Camphoram cum Aromatibus QUINCY 26), à TURNERO c) reprehenſus, ut

17*) Bern. Criſtinus, Ord. S. Franc. *Arcana Laz. Riverii.* Venet 1676.

18*) Euſt. Rudius, Pr. Med. Pat. *de Morbo Gall.* Venet. 1604.

19) Fr. Deleboë Sylvius, Pr. Med. Lugd. Bat. *Oper.* 1674. m. Amſtel. 1680.

20) L. E. Hirſchel, Dr. Med. Berol. 1) *Betrachtungen über den Gebrauch des Sublimats und Schierlings*, prius 1764. m. Berol. 1765. 2) *Beyträge zu ſeinen Betracht.* Berl. 1768. vid. *Götting. Zeit.* 1768. p. 184.

21**) Ant. Muſ. Braſſavolus, Ferrar. *de Morb. Gall.* Venet. 1751.

22) Th. Turq. de Mayerne, Henr. IV. Gall. Reg. & Jac. I. & Caroli I. Brit. Reg. Arch. 1690. & 1695. prodierunt *Syntagm. duo Prax. Mayern.* uſurp. ed. Aug. Vind. 1697.

23**) Al. Lobera, Med. Caroli V. *de las quadro Enfermedades Corteſanas.* Toled. 1544.

24) G. E. Stahl, Pr. Med. Hal. & G. D. Thebeſius Diſſ. *de Scorbuti & Vener. Luis diverſis Signis & Medicinis.* Hal. 1706. CXCVII. *Coll. Pract.* Haller. Lauſ. 1756.

25) J. Fr. Haſſelquiſt, Oſtrogoth. *Eller reſa til heliga landet*, ed. Linnæo 1751. adh. edit. Roſtoch. 1762.

26) J. Quincy, Med. Lond. circa quem Turner c). c) Dan. Turner, Med. Lond. perm. *Syphilis à Practical Diſſert. &c.* Lond. 1717. m. Germ. 1754. Lipſ.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0009-1

& Fr. Hoffmann 27), Ludolf & Ritter 28), Spiritum Sulphuris per campanam multum extollit Mathiolus 29), Poterius 30), ſed recte jam Gallus 31) obſervavit illum nihil prodeſſe, Stahl & Thebesius, Ludolf & Ritter poſitivum nocumentum allaturum aſſerunt. Salis Communis drachmam dimidiam cum libra ſemis Aquæ omni mane aſſumtam multum extollit Petronius. Opiatam Antidotum Alexipharmacam ex multis aromatibus conflatam Fernelius 32), cui tamen ſemper Guajaci Ligni uſum jungit. Variorum Aromatum Decoctum Rondeletius 33) cum vino & melle, Palmarius 34), qui etiam Rondeletii opiatam majorem ac minorem laudat & deſcribit. Utraque ex omni quæ proſtat vegetabilium aromaticorum penu conflatur, novamque æque inconcinnam proponit, quam Quiqueboeuf & Paulmier 35) commendant. Mathiolus laudat & deſcribit Aquam Philoſophicam, quam parat aquam abſtrahendo à plurimis vegetabilibus, quorum aromatica eſſe quædam, plurimæ autem plane nil aquæ, quæ inde abſtrahitur, poſſe

27) Fr. Hoffmann, Pr. Hal. 1) Diſſ. *de Camphora* Opuſc. 1739. Hal. impr. inſ. 2) *de Mercurio & Medicamentis ſelect. &c.* reſp. van den Velde. Hal. Magd. 1700. 3) *Med. Rat. Syſt.* T. IV. ibid. 1739.

28) Hier. Ludolf P. M. & L. A. Ritter Diſſ. *Demonſtratio, quod atrociſſima Luis Venereæ Symptomata non ſint effectus morbi, ſed curæ Mercurialibus inſtitutæ.* Erf. 1747.

29**) P. A. Matthiolus, Arch. div. Imper. *Opuſc. de Morbo Gallico.* Venet. 1535.

30) P. Poterius, Reg. Gall. Med. *Opera practica & chemica*, cura Fr. Hoffmanni. Francof. ad Mœnum 1698. prius Lugd. 1645.

31**) Ant. Gallus, Dr. Med. Fac. Par. *de L. Sancto non permiſcendo.* Par. 1540.

32) J. Fernelius, Henr. II. Arch. 1**) *Dialogus de Lue Venerea*, ex Libr. *de abdit. Rer. Cauſ.* deſ. Par. 1548. 2**) Cap. *de Lue Venerea*, ex *Pathol.* ib. 1554. 3*) Lib. de *Luis Vener. cur. perfect.* ib. 1567.

33**) Guil. Rondeletius, Pr. Med. Monspeſſ. *de Morbo Italico.* 1560.

34*) Jul. Palmarius, Dr. Med. Fac. Par. *de Morbis contagioſis*, L. VII, 1578.

35*) Ant. Quiquebœuf, Dr. Med. Fac. Par. & P. Paulmier, Qu. M. *Eſtne Hydrargyrus Luis Vener. Alexipharm.* Pariſ. 1596.

communicare, nec tyrones Chemiæ hodie ignorant. Illam tamen approbat FERDINANDUS 36). Non magis laudanda Aqua Mirifica FERNELII, quæ præter varia ingredientia aromata copioſa recipit. Sed non intus modo aromata & reſinas adhibuerunt, eadem in halitus reſoluta ſub forma ſuffituum adhibuerunt TORELLA 37), FALLOPIUS 38), PETRONIUS, CRATO 39), qui maxime Gummi Anime laudat, ZECCHIUS 40), CÆSALPINUS 41), PACIUS 42), VARANDÆUS 43), CORTILIO 44), COLLE. Hos ſuffitus autem incertæ eſſe efficaciæ teſtantur BRASSAVOLUS, BOTALLUS 45), FRACANTIANUS, MINADOUS 46), SEPTALIUS 47), SENNERTUS 48 . Dum corruptionis genus, quod in Lue Venerea obtinet, plane aliam naturam habeat, quam quæ à Balſamicis poſſit corrigi, hinc vel ſine obſervatione hæc medicamenta videntur eſſe commendata, vel ſi unquam tantillum attulerunt levaminis, illud adſcribendum eſſe arbitror, generali qua gaudent vi, omnem ſpiſſitudinem attenuandi & excretiones aquoſas promovendi, ſed vereor, ne vi qua pollent calefaciente, omnino plus mali

36*) Epiph. Ferdinandus, Med. Meſſap. *Obſerv.* Venet. 1621.
37**) G. Torella, Epiſc. St. Juſtæ Alex. VI. Med. *de Pudendagra*, Romæ 1497.
38**) Gabr. Fallopius, Pr. Med. Pat. *de Morbo Gallico.* Patav. 1564.
39*) J. Crato a Krafftheim, Ferdin. I. Maximil. II. & Rodolph. II. Arch. *Comment. de Morbo Gallico*, Francof. 1594.
40*) Joh. Zecchius, Pr. Bonon. *de Morbo Gallico.* Bonon. 1586.
41*) Andr. Cæſalpinus, Clement. VIII. Arch. *Ars medica.*
42*) Fab. Pacius, Dr. Med. Vicet. *de Morbo Gallico per Method. curando.* 1604.
43) Joh. Varandæus, Pr. Monſpeſſ. *Tr. de Morbo Gallico*, prius ſeparatim Monſpeſſ. 1620. mihi Oper. cura Heinr. Gras. Lugd. 1658.
44*) Seb. Cortilio, Phyſ. & Chir. Arimin. *de Chirurgica Inſtitutione*, L. V. Francof. 1610.
45**) Leon. Botallus, Carol. IX. Gall. Reg. Med. *Luis Venereæ curandæ Ratio* Pariſ. 1563.
46*) Aur. Minadous, Med. Venet. *de Virulentia Venerea*, Venet. 1596.
47*) Lud. Septalius, Pr. Med. Pap. *Cap. de Morbo Gallico*, quod Animadv. & Caution. Med. inſertum 1614.
48) Dan. Sennertus, Pr. Med. Vitemb. ea, quæ jam 1620. prodierunt ejus *Med. Pract.* T. III. L. VI. Vitemb. 1654. impreſſus continet.

in morbo noſtro ſint allatura, quam erit ſolamen, quod ab iis expectabunt illorum encomiaſtæ. Acrimonia Venerea, cum neutiquam ſit naturæ alcalinæ, quid acida hic valeant non perſpicio, & certe in morbo à ſpiſſitudine oriundo, incrementum ſymptomatum ab acidorum foſſilium humores cogente vi erit expectandum; quis autem in morbo, ubi evidens acrimonia prævalet, nova tali humores audebit perfundere.

## §. III.

Cypheos Antidotum, quod Galenus *de Antid. L. II.* ex Damocrate nobis conſervavit, Minadous laudat & Ferdinandus evidenter ad §. præcedent. collocandum. Scabioſam Succiſam L. Ferrerius & S. Pauli 1), Mithridatium Brant 2), Vella 3), J. Benedictus 4), Brocardus 5), Phrisius 6), Montanus 7), Frizimelica 8), Borgarutius 9), Cæsalpinus, Perdulcis 10), Theriacam commendant vix non omnes, qui Mithridatium laudavere, præter iſtos tamen Grunpeckius 11), Romerus 12),

1) Sim. Pauli, Pr. Hafn. *Quadripartitum Botanicum.* Arg. 1667.
2*) Seb. Brant, Pr. Phil. Baſil. Ejus *Carmen de Scorra Peſtilentiali* frontem facit tract. Grunpeckii, de quo infra.
3**) Ge. Vella, Brix. Phyſ. *Conſilium de Morbo Gallico.* 1508.
4**) Joh. Benedictus, Germ. AA. & Med. Dr. *Tr. de Morbo Gallico.* 1510.
5**) Mar. Brocardus, Med. Venet. *de Morbo Gallico.* 1516.
6**) Laur. Phriſius, Med. Metenſ. *Epitome Opuſc. de curandis Puſculis.* Baſil. 1532.
7**) Joh. Bapt. Montanus, Pr. Med. Patav. *de Excrementis*, L. II. Patav. & Venet. 1554.
8**) Franc. Frizimelica, Pr. Med. Patav. *Tract. de Morbo Gallico & adverſus defluvium pilorum lucubrat.* 1558.
9**) Proſp. Borgarutius, Pr. Med. Patav. *Methodus de Morbo Gallico.* 1566.
10) Barth. Perdulcis, Pr. Med. Par. *Univerſa Medicina.* Pariſ. 1649.
11*) Joſ. Grunpeckius de Burkchauſen, Med. Germ. *de Peſtilentiali Scorra*, 1496.
12*) Jac. Romerus, *Epiſt. MSC.* 1498.

Hock 13), Fontanonus 14), Minadous, Varandæus, Ferdinandus, Wynell 15), huic in ſpecie inſiſtunt; Cæsalpinus in malo recenti & Plater ante uſum Stuphæ extollunt. Auctores, qui Theriacam aliis ſubſtantiis efficacioribus modo adjuvantis ſcopo adjecere, hic non rimor. Remanent nunc ii, qui Aquam Theriacalem ſuaſere, Joh. Benedictus, Almenar 16), Rondeletius, Plater, Varandæus, Ferdinandus. Matthiolus Theriacam cum aqua deſtillare intendens, inconcinnam omnis generis medicamentorum farraginem adjicit. Hæc medicamenta, Succiſam ſi exceperis, hic certiſſime inertem, cum evidenter agant ſanguinem calefaciendo, cum virus Venereo vincendo imparia omnino ſint, ſecuriore certe ratione ipſum per cutis vaſa poſſit expelli, Opiata in hoc morbo omnino exulare debeant; hinc evidens eſt, hanc medendi rationem nunquam cum ſucceſſu fuiſſe inſtitutam, Vochs 17) quoque jam ſæculi XVI. initio Theriacam vehementer objurgavit. Et Gallus, Brassavolus, Petronius, Guyon 18) aquas Theriacales contemnunt.

## §. IV.

Syrupum Pomorum *Meſue*, qui tam ob fragrantiam, quam ob Coccorum ſuccum, quem recipit, validum roborans eſſe credebatur, laudant J. Benedictus, Eugubius 1), Betulam Alnum L. Sinapius, Aſplenium Cete-

13**) Wend. Hock de Brackenau, Med. Rom. *de Morbo Gallico.* Ven. 1502.
14**) Dionyſ. Fontanonus, Med. Monſpeſſ. *de Morbis internis curandis.* Lugd. 1550.
15*) Joh. Wynell, Dr. Med. Angl. *Lues Venerea Wherein thexames &c.* Lond. 1660.
16**) Joh. Almenar, Med. Dr. Hiſp. *de Morbo Gallico.* 1512.
17*) Joh. Vochs, Dr. Med. Colon. *de Peſtilentia.* Magdeb. 1507.
18*) Lud. Guyon, Med. Uſerch. in Lemovit. *le Miroir de la Beauté & Santé corporelle.* Lugd. 1615.
1*) Hier. Accoramb. Eugubius, Prof. Med. Pat. laudatur apud Planerium a).
a*) Joh. Planerius, Med. Venet. *Dubitationes in Galeni III.* Venet. 1574.

rach L. PLATER, Herniariam herbaceam L. IDEM, Loniceram Periclimenam L. COLLE, Quercum Robur L. JONSTON 2), DE LE BOE SYLVIUS, LOSSIUS & REBENTROST 3), DOLÆUS 4); eam autem ad hos morbos inertem MATTHIOLUS, VIDUS VIDIUS 5), FRACANTIANUS reputant. Santalum L. CLAUDINUS laudat, Tormentillam erectam L. VESALIUS, FERRERIUS, PLATER. Debilitatem, quæ Syphiliticos proſternit, mere ſymptomaticam eſſe nemo non novit, ſed nec Medicos rationales latet, quantum cura palliativa à radicali differat, hinc non opus erit multis probare, roborantibus qui hic uſi fuerunt ſpe ſua excidiſſe.

## §. V.

Lac Humanum, Caprinum & Aſininum præcellens contra Luem remedium eſſe contendit ANONYMUS GALLUS 1), RONCALLUS 2) Aſininum maxime commendat; fuere quidam, ut GARNIER 3), ROSENSTEIN 4), D'AUMOND 5), qui animalis cujuſdam Unguento Mercuriali inuncti lac ægris propinabant; offerebatur autem non ob lac, ſed ob partes mercuriales, quæ cum lacte M. S. ſub-

2) Joh. Jonſton, Med. Polon. *Univ. Med. Pract.* Amſtel. 1744. mihi Uratisl. & Jenæ 1744.

3) Jer. Loſſius, Prof. Med. & J. G. Rebentroſt, Diſſ. *de Lue Venerea.* Vitemb. 1683.

4) Joh. Dolæus, Med. Dr. Caſſell. *Encycl. Med. theor. pract.* Francof. 1684.

5*) Vidus Vidius, Prof. Med. Piſan. *de Curat. Morb.* Venet. 1611.

1*) Anonymus Gallus, *Regimen Sanitatis, en françois &c.* Lugd. 1501.

2*) Fr. Roncallus, Dr. Med. Brix. *Exerc. Med. Chir.* Brix. 1720.

3) Petr. Garnier, Dr. Med. Lugd. *Traité pratique de la Vérole.* Lugd. 1699. m. ibid. 1739.

4) Nic. Roſe von Roſenſtein, Adolph. Frid. Suec. Reg. Arch. jam 1751. varia circa morbos infantum div. Oper. period. inſerere cœpit, horum Collect. Idiom. Suec. Acad. Holm. 1764. edidit, cujus Trad. germ. Hamb. 1767. impr. m. inſervivit.

5) Daumond *Diſſertation ſur une nouvelle maniere d'adminiſtrer le Mercure &c.* ajoutée au *Traité de Phyſiol.* de M. Jean Ferapie du Fieu. Lyon 1760. cito Commentar. Lipſ. T. XII. p. 613.

ibant; iſta autem methodus haud arridet Ludwigio 6). Mich. Joh. Paschalis 7) Oleum Olivarum, cui quarta pars ſacchari adjicitur, proficuum reputat. Anonymus 8) Mexicanos pane triticeo melli virgineo intincto, vel ex aqua cocto, morbum noſtrum curare relationes teſtari aſſerit. Syrupum Milii Solis, quem à D. Ambrosio denominant, morbum recentem ſuperare valere Alcazar 9) reſpondet, Viperarum carnem laudant Seb. Aquilanus 10), Cataneus 11), J. Benedictus, Mayerne. Cæsalpinus etiam trochiſcos à Galeno præſcriptos, nec non Aquam à Viperis, quibus aromata adjecit, abſtractam conſulit. Sartorius 12) Decoctum Viperarum Diureticis jungit, Dolæus per Axungiam Viperarum veram, in conſerva quadam exhibitam, ſe plures curaſſe refert. Taceo Auctores, qui pulverem Viperarum tanquam adjuvans validioribus commiſcuere medicamentis. Anguillas etiam non rejiciendas eſſe putat J. Benedictus. Carnem teſtitudinum grandiorum marinarum, quæ in Americæ littoribus Inſulisque frequentes ſunt ad Luem Celticam egregie facere Astruc magno peregrinatorum conſenſu conſtare notat. Nec ab hoc remediorum genere Luis curatio poteſt expectari, cum illud in modum ejus, quod antec. §. adduxi, ſymptoma tantum, nequaquam cauſam morbi oppugnet, & licet Viperas præter vires demulcentes etiam ſanguinem depurare non omnino negare ſuſtineam, ta-

6) Chr. Gottl. Ludwig, Pr. Med. Lipſ. *Inſtitutiones Medicin. Clinic.* Lipſ. 1758.

7**) M. J. Paſchalis, D. M. Valent. *Praxis Med.* Valent. 1555.

8) Anonymus quidam, magni nominis Philoſophus, circa quem vide *Commerc. Litter. Norimb.* a. 1736. Hebd. XVII. Obſ. II. p. 131.

9*) Andr. Alcazar, Pr. Med. Acad. Salmant. *Chirurgiæ*, L. VI. Salmant. 1575.

10**) Seb. Aquilanus, Pr. Med. Patav. *Interpretatio & Cura Morbi Gallici.* 1498.

11**) Jacob. Cataneus de Lacu Marino, D. M. Genuenſ. *de Morbo Gallico.* 1505.

12) Petr. Sartorius, Chirurg. Argent. *Franzoſen - Arzt.* Argentor. prius 1645. mihi Francof. & Lipſ. 1676.

men jam MASSA & DORDONUS 13) earum uſum ad morbum noſtrum nullum aut ſaltem exiguum eſſe monent. LOBERAM, qui ex Viperis & Serpentibus malos effectus vidiſſe perhibet, vel innumeræ obſervationes refutant.

## §. VI.

JUNCKER 1) ac FR. HOFFMANN Tincturam Antimonii acrem magnifecere, cui quoque LUDOLF & RITTER plurimum tribuunt, ANONYMUS GERMANUS 2) cum auro præparat. VON LINDERN 3), quem ceu Avum venerare licuit, & OPTIMUS PARENS 4) Tincturæ Metallorum ſpeciei egregias vires in hoc malo per ſedecim & quod excurrit luſtra copioſis obſervationibus experiri potuerunt. In genere in Germania maxime in more habent ſpiſſitudinem veneream Tincturis ſic dictis Alcalinis oppugnare. Eædem vix non omnium Tincturarum Antivenerearum, quas Auctores tanquam arcana ſibi reſervant, baſin conſtituunt. Salia Lixiva & Volatilia ex legibus ſyſtematis ſui extollit DE LE BOE SYLVIUS. Oleum ceræ deſtillatum, quod ſulphur habet, DIBON 5), Cantharides GAUKES 6), E. STAHL & THEBESIUS. Tranſeo illos, qui hæc inſecta ad curandam Gonorrhœam commendant. Aſphodeli radicem FERRERIUS, Arctii Lappæ L. radicem, qua multos à Lue Ve-

13*) Georg. Dordonus, Prof. Med. Ticinenſ. *de Morbi Gallici Curatione.* Ticini 1568.

1) Joh. Junckerus, Med. Schleuſing. in Comitat. Henneberg. *Compendioſa ejus Methodus therapeutica.* Erford. 1624. edit. fuit. adhibui *Conſpectum Medicinæ theor. pract.* Halæ 1734.

2) Anonymus Germanus. vid. *Hamburg. Magazin* Vol. XV. Part. II. No. I. p. 115.

3) Franc. Balthaſ. von Lindern, D. M. Arg. *Venus-Spiegel*, prius 1732. mihi 1765. Arg.

4) Joh. Mich. Bœhm, D. M. Arg. Diſſ. *de Morbo dicto Neapolitano.* Arg. 1738.

5) Roger Dibon, Chir. Pariſ. *Diſſertation ſur les Maladies Veneriennes*, prius Pariſ. 1724. mihi ibid. 1725. exc.

6) Yvo Gaukes, D. M. Emdan. Batav. *Praxis med. chirurg.* prius Groning. 1700. mihi Dresdæ Germ. Vern. 1709. impr.

nerea & ipſum Henricum III. Regem liberatos fuiſſe teſtatur FORMIUS (*Obſ. IV. apud Riverium Obſ. Commun.*) magnifaciunt FERRERIUS, MONTANUS, S. PAULI, maximi uſus eſſe in Polonia SINAPIUS teſtatur. Ipſi denuo favent BAGLIV 7), PITCARN 8), STOERCK 9), LOCHER 10), ſibi autem non multum inde pollicetur VIDUS VIDIUS. Pimpinellam ſaxifragam L. SINAPIUS, STAHL & THEBESIUS, Polychreſtum Stahlianorum reſolvens, Pimpinellæ Eſſentiam leviori malo vincendo parem eſſe ſibi perſuadet JUNCKER. BOTALLUS Eryngium Campeſtre L., HASCHARDUS 11) Geniſtæ Lignum, FERRERIUS Rumicem Aquaticum L., Acutum autem L. PITCARN, Imperatoriam Oſtrutium L. SINAPIUS, Inulam Helenium L. FERRERIUS, PLATER, Perſicariæ aquam IDEM auctoritate PARACELSI (de quo infra) motus qui Perſicariam in ſingulari quem de ipſa ſcripſit tractatu magnopere deprædicat. Iridis Germanicæ L. FERRERIUS, PLATER, quibus merito CORTILIO contradicit. Rheum Rhaponticum L. VESALIUS, FERRERIUS; Saponariam Offic. L. RUDIUS, qui eam in deſperatis caſibus profuiſſe refert, CLAUDINUS, SEPTALIUS, SENNERTUS, COLLE, THOM. BARTHOLINUS (de quo infra ad §. 18. not. 3.) W. WEDEL & LOEW 12), STAHL & THEBESIUS. Antimonialia in genere KALTSCHMIDT & ALBERTI 13), Anti-

7) Georg. Bagliv. P. P. Roman. *Opera.* Antwerp. 1715.

8) Archibald. Pitcarnius, Prof. Med. Lugd. Batav. *de Ingreſſu morbi, qui Venerea Lues &c.* Amſt. 1714.

9) Anton. Stœrk, Med. Vienn. 1) *Annus medicus II.* Vindob. 1761. 2) *Supplementum neceſſarium de Cicuta.* ibid. eod. anno.

10) Maxim. Locher, Med. Vienn. *Obſerv. pract. circa Luem Veneream, Epilepſiam & Maniam.* Vindob. 1762.

11**) Petr. Haschardus, Med. Chir. Flander. *Morbi Gallici compendioſ. Curat.* Lovan. 1554.

12) Georg. Wolfg. Wedel, Pr. Med. & A. Lœw Diſſ. *de Lue Venerea.* Jenæ 1682.

13) Carol. Frid. Kaltſchmied, Pr. Med. & Chriſtl. Lebr. Alberti Diſſert. *de iſtis Mercurii partibus, quæ imprimis Miaſma Venereum in corpore hærens deſtruere valent.* Jenæ 1758.

monium crudum BLANCARD 14), cum ſale communi & nitro fuſum DIBON, cum lapide Calaminari junctum KRAMER 15), Antimonium Diaphoreticum MAYERNE, GOCKELIUS 16) & FR. HOFFMANN. Oleum Antimonii dulce LOSSIUS & REBENTROST. Sulphur Auratum Antimonii GOKELIUS, JOHRENIUS & EISENER 17), KLAUNIG 18), FR. HOFFMANN, BÜCHNER & TELLGMANN 19), qui ipſi tamen pulverem abſorbentem immiſcent. Conium Maculatum L. morbos Venereos feliciſſime ſuperaſſe teſtantur STOERCK, QUARIN 20), LOCHER, HARTMANN & HADEMANN 21), LANGE & MÜLLER 22), qui vel inviti ejus vires profiteri coguntur, COLLIN 23), ROSENSTEIN, NOLANUS 24), COSTE 25). Plantaginis latifolii & Urticæ radicis decoctum commendat KRAMER, cui TREW 26) aſ-

14) Steph. Blancardus, Med. Amſtel. *Venus belegert en ontſet.* Amſt. 1684. adhibui *Opera omnia.* Lugd. B. 1701.

15) Joh. Georg. Henr. Kramer, Copiar. Cæſar. ad Rhen. Med. 1) *Commercio Litter. Norimb.* varia inſer. me ſpect. a. 1734. Hebd. XLI. Obſ. IV. a. 1738. Hebd. III. Obſ. I. a. 1739. Hebd. XXXVIII. Obſ. I. a. 1741. Hebd. XXXIV. Obſ. I. & Hebd. XXXV. Obſ. I. 2) *Medicina Caſtrenſis*, prius Norimb. 1735. mihi Vienn. & Norimb. 1755. exc.

16) Eberh. Gockel, M. D. Ulmenſ. *Conſilior. & Obſerv. medic. Decad. VI.* Aug. Vind. 1683.

17) Conr. Johrenius, Pr. Med. & Guſt. Ad. Caſim. Eiſener Diſſ. *de Lue Venerea.* Francof. ad Viadr. 1706.

18) Godofr. Klaunig, Medicus Cæſar. Aulic. vid. *Ephemer. N.* C. C. VI. Obſ. L.

19) Andr. El. Buchner, Pr. Med. & J. Lud. Tellgmann Diſſ. *de commoda Venereæ Luis ſine Sialogogis Curatione.* Halæ 1758.

20) Joſ. Quarin, Med. Vindob. *Tentamen de Cicuta.* Vindob. 1761.

21) Petr. Imm. Hartmann, Pr. Med. & Georg. Henr. Hademann Diſſertat. *Obſervationes quaſdam ad Cicutæ, Mercurii ſublimati & Phoſphori Uſum internum pertinentes* ſiſtens. Helmſt. 1763.

22) J. Henr. Lange, D. M. & Joh. Gottwerth Müller Diſſ. *Dubia Cicutæ vexata.* Helmſt. 1764.

23) Henr. Joſ. Collin, Med. Vienn. continuavit Annos medicos Stœrkii, de quibus ſupra, & edidit 1765. Vind. *Annum medicum III.*

24) Joh. Vivent. Nolanus, Med. Neapol. *de Cicuta.* Neapoli 1767.

25) Coſte junior, Chir. Reg. Boruſſ. *Traité de la Verole*, prius Berol. 1760, mihi ibid. 1769. recuſ.

26) Chr. Jac. Trew, Med. Norimb. vid. *Comm. Litter. Norimb.* a. 1741. Hebd. L. Obſ. II.

ſentitur. Dulcamaram BOISSIER 27) fere omnibus præfert. Coris Monſpelienſis in Barbaria frequenti in uſu eſt, ſi fides CHAW 28). Morbum, quem ſpiſſitudo humorum excitat, ab uſu medicamentorum reſolventium levamen accipere facile largior. Cum autem proprium ſit ſpiſſitudinis genus, quod Luem Veneream efformat, hinc minus bene hic in uſum trahuntur talia, quæ nonniſi circa ſpiſſitudinem mucoſam ſe probarunt medicamenta, nec hic Saponacea videntur ſufficere. Præparata autem ex Regulo Antimonii nec non Cicuta, quorum efficaciam in propria ſpiſſitudinis genera innumera experimenta evicerunt, & in noſtro morbo omnino commendanda videntur. Experientia Hydrargyrum ſpiſſitudini Venereæ vincendæ parem eſſe demonſtravit, Cicutam hac efficacia Mercurium æquare fides ſit penes Auctores.

## §. VII.

Medicamenta Specifica ſive talia ſunt, quæ ab uno aut altero modo Auctore commendantur, & de quibus, qua ratione morbum oppugnare queant, à priori perſpicere non datur, quæ autem, cum mox eviluerunt, nequaquam huc pertinere patet, ſive ex quo ſemel fuerunt in uſum tracta efficaciam ſuam in plurimis exemplis & per omne ævum probarunt. Ad priora refero Carnem Perdicis à CARDANO 1) laudatam teſte VARANDÆO. Arſenicum in Spiritu Vini ſolutum palmis ac plantis applicatum de PLANIS CAMPY 2), Aurum ſub forma pulveris tenerri-

27) Boiſſier annexit Tractatui Calvi a) *Epiſt. ad Comitem Ronculum* 1762. ſcriptam. a) J. Calvi, Prof. Med. Piſan. *de Medicamentis pro Noſocomiorum Levamine moderandis.* Piſis 1763. prius Noſocom. locupletato Breſciæ 1763. excuſ. inſert.

28) Thom. Chaw, Pr. Ling. Gr. Oxon. *Travels or Obſervat. of Barbary and the Levant.* Lond. 1754. prior edit. 1738. impr. fuit.

1*) Hier. Cardanus, Pr. Med. Bonon. Papian. Mediolan. *Opera.* Lugd. 1663.

2*) Dav. de Planis Campy, Chir. *la Verole reconnue, combattue & abbattue.* Paris 1623.

mi Loſſius & Rebentrost. Verum Crocum Solis, hic maxima miracula facientem, uti Weisbach 3) credit, Antirrhinum Cymbalariam L. W. Wedel & Löw, Antirrhinum Aſarinam L. Plater, Gloſſopetram à Lanzono 4) commendatam, Lycopopium Selaginem Linnæo 5) charam. Inter Specifica confirmata colloco Guajaci Offic. L. & Lauri Saſſafras L. ligna, Smilacis Salſaparillæ & Chinæ L. radices, quibus recentiora experimenta Lobeliam Syphiliticam annumerandam eſſe ſuadent, & tandem qui omnibus palmam præripit, Mercurium. Modus, quo hæc medicamenta agunt, aliqua quidem ratione poteſt explicari; cum autem evidenter præ aliis in ſpiſſitudinem humorum Veneream attenuandam agant, nec hæc actio diſtincte ſatis queat explicari, hinc iis jure Specificorum denominatio eſt relinquenda. Sub adminiſtratione quatuor priorum tale utplurimum regimen ac talem exhibendi rationem obſervarunt, ut largiſſimi ſecuti ſint ſudores; ſed ducimus bene diſtinguendum eſſe eorum effectum ſudoriferum ab eorundem virtute Cacochymiam Veneream ſuperante, de illa demum infra verba facturi ſumus.

## §. VIII.

Ligni Guajaci, Sancti, Indi, primi Poll 1) & Hutten 2) mentionem fecere, & ejus uſum A. 1517. cœpiſſe tradunt; aſſerit vero Delgado 3) illud jam 1508. in Hi-

3) Chr. Weisbach, M. D. Arg. *Wahrhafte Cur aller Krankheiten*; prius Marpurg. 1712. mihi Arg. 1715. exc.

4) Joſ. Lanzonus, Pr. Med. Ferrar. 1*) *de Saliva humana*. Ferrar. 1702. 2) inſeruit *E. N. C.* Dec. III. A. IV. Obſ. LXXI.

5) Carolus Linnæus, Arch. Reg. & M. Pr. Upſal. *Amœnit. Acad.* ſive *Diſſertatiunculas varii argumenti* collect. Holm. & Lipſ. 1749. edere cœpit.

1**) Nic. Poll, Pr. Med. *de Cura Morbi Gallici per Lignum Guajacum.* Venet. 1517.

2**) Ulric. de Hutten, Eques Germanus, *de Guajaci Medicina & Morbo Gallico.* Mogunt. 1519.

3*) Franc. Delgado, Presbyt. Hiſp. *del modo de adoperare el Legno Santo.* Venet. 1529.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0020-8

ſpania obtinuiſſe, in Italia demum 1525. innotuit ſi fides BRASSAVOLO. Illud ipſum fere omnibus medicamentis anteponunt POLL, SCHMAUS 4), HUTTEN, MANARDUS 5), DELGADO, FERNANDEZ 6), FERRUS 7), GALLUS, REMACL. FUCHSIUS 8), LEON. FUCHSIUS 9), LOBERA, VESALIUS, MONTANUS, MAGGIUS 10), VIDUS VIDIUS, VICTORIUS 11), FERRERIUS, BONACOSSUS 12), HASCHARDUS, qui primus hoc lignum male in tres ſpecies dividi notavit, MACCHELLUS 13), FALLOPIUS, JOH. SYLVIUS 14), RENNER 15), LEONUS 16), TOMITANUS, FRACANTIANUS, BORGARUTIUS, PLANERIUS, LAURENTIUS 17), ROSELLUS 18), QUIQUEBOEUF & PAULMIER, MASSARIAS 19), CANEVARIUS, RUDIUS, PERDULCIS, CLAUDINUS, VARANDÆUS, GUARGUANTUS 20), SENNERTUS, JUNCKERUS,

4*) Leon. Schmaus, M. Pr. Salisburg. *Lucubratiunc. de Morbo Gallico.* Auguſtæ Vind. 1518.

5**) Joh. Manardus, Pr. Med. Ferrar. *de Morbo Gallico Epiſtolas duas* initio Seculi XVI. ſcripſit.

6**) Gundiſ. Fernandez, Hiſp. *Summario de la Hiſtoria general y natural de las Indias occidentales.* Toleti 1525.

7**) Alph. Ferrus, D. M. Neapol. *de Ligni Sancti multiplici Medicina & Vini exhibitione.* Romæ 1537.

8*) Remacl. Fuchſius, Canon. Limb. *Morbi Hiſpan. curandi per Lignum Indic. exquiſ. Method.* Pariſ. 1741.

9**) Leon. Fuchſius, Pr. Med. Ingolſt. Tubing. *de ſanand. totius corporis malis.* Baſil. 1542.

10**) Barth. Maggius, Pr. M. Bonon. *Conſilium medicum.* 1550.

11**) Benedictus Victorius, Prof. Med. Bonon. Patav. *de Morbo Gallico.* Florent. 1551.

12*) Herc. Bonacoſſus, M. D. Ferrarienſ. *de Humor. ex ſuper. ſignis.* Bonon. 1553.

13**) Nic. Macchellus Mutinenſ. *de Morbo Gallico.* Venet. 1555.

14**) Joh. Sylvius, Pr. M. Duac. *Declam. de Morbo Gallico.* Lovan. 1557.

15*) Franciſcus Renner, Chir. Norimb. *Handbüchlein die Franzoſen zu curiren. Nürnb.* 1559.

16**) Dominic. Leonus, Pr. Bonon. *Method. curandi Febres &c.* Bonon. 1562.

17*) Andreas Laurentius, Pr. Monſp. Henr. IV. Arch. *Quelques Opuſcules recueillies des Leçons de Mr. André du Laurens* Lutet. 1587.

18*) Lud. Roſellus, Foroſempr. Med. *de Morbo Gall.* Romæ 1593.

19*) Alex. Maſſarias, Pr. Med. Patav. *Practica Medica.* Francof. 1601.

20*) Hor. Guarguantus, Med. Venet. *Reſponſa varia.* Venet. 1613.

Ferquet 21), Jansonius 22), de Craanen 23), Herrera 24), Boerhave 25), Alex. Camerarius & Breyer 26), de la Mettrie 27), Fabbri 28), Tozzotti 29), Mooney 30), Fordyce 31); idem Lignum laudant, ſed ipſi quoque alia medicamenta ratione virtutis Antivenereæ paria eſſe largiuntur Fracastorius 32), Massa, Rangonus, Rinius 33), Cardanus, Brunellus & Deschamps 34), Brassavolus, de Hery 35), Trincavellius 36), Amatus 37), Bayrus 38), Frizimelica,

21*) Gaſp. Ferquet, Pr. Monſp. *QQ. XII. pro Cathed.* 1659.
22*) Sam. Janſonius, Batav. Med. Chir. *Flagellum Veneris, of Verhaal van Venus-Plage &c.* Rotterd. 1680.
23*) Theod. de Craanen, Prof. Lugd. Batav. *Opera omnia.* Antwerp. 1689.
24*) Ant. Herrera citatur apud Devaux *a*). *a*) Jo. Devaux, Chir. Pariſ. *Muſitani Tractatum* Gallicum reddidit, & varias notas adjecit. Trivult. 1711.
25) Herm. Bœrhaave, Pr. Med. Lugd. Bat. 1) *Præfatio in editionem Lugdunenſem Collectionis Aloyſii Luiſini*, de qua ſupra. 2) *Prælectiones Academicæ de Lue Venerea.* Franeker. 1751.
26) Alex. Camerarius, Pr. Med. & Jul. Fr. Breyer Diſſ. *de Ophtalmia Venerea* XIX. Coll. pract. Haller.
27*) Julian. Offrai de la Mettrie, D. M. Maclov. 1) *Verſio Præfationis Bœrhaavii*, de qua mox, quæ Gallice prodiit, variis annotation. auct. Pariſ. 1735. 2) *Nouveau Traité de la Maladie Venerienne.* Paris 1739.
28) Laur. Cajet. Fabbri, Pr. Med. pr. in Xenodoch. St. Mariæ novæ, *dell' Uſo del Mercurio ſempre temerario in Medicina.* Colon. 1749. cito *Götting. Zeitung vom Jahr* 1750. p. 264.
29) Joh. Targion Tozzotti, M. D. Florent. *Prima raccolta de Oſſervazzioni Mediche.* Firenza 1752. cito *Gött. Zeit. aufs Jahr* 1754. p. 528.
30) Mooney *a Diſſertation on the Nature and Cure of the Venereal diſeaſes &c.* London 1756. cito *Götting. Zeitung aufs Jahr* 1757. p. 663.
31) Wilh. Fordyce, Chirurg. milit. *Medical Obſervat. by a Society of Phyſicans in London.* London 1763. T. I.
32**) Hier. Fracaſtorius, Med. Veronenſ. 1) *Syphilis.* Veron. 1530. 2) *de Contagione.* Venet. 1546.
33**) Ben. Rinius, Venet. *de Morbo Gallico.* 1546.
34*) Guil. Brunellus, D. M. F. Par. & Petr. Deſchamps *Q. M. An Lues Hiſpanica methodo curetur?* Lutet. 1548.
35*) Theod. de Hery, Chir. Barbit. Pariſ. *la Methode curatoire de la Maladie Venerienne.* Paris 1552.
36*) Victor Trincavellius, Pr. Med. Patav. *Opera.* Lugd. 1586.
37*) J. Rod. Amatus, vulgo Amatus Luſitanus, Pr. Med. Ferrar. *Curation. Medic.* Cent. VII. quæ ante ſeparatæ, collectæ in medio Seculi XVI. editæ fuerunt.
38**) Petr. de Bayro, Pr. Med. Taurinenſ. *de medendis humani Corporis Malis Enchirid.* Lugd. 1561.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0022-0

Montuus, Rondeletius, Botallus, Petronius, Dordonus, Brucæus & Battus 39), Rigault & Riolanus 40), Fraxinola 41), Alcazar, Pareus 42), Palmarius, Brüele 43), Wierus 44), Crato, Zecchius, Mercurialis 45), Ghinus 46), Betera 47), Forestus 48), Saxonia 49), Bastellus 50), de Torrez 51), Silvaticus 52), Pacius 53), Mercatus 54), de Leon 55), Coetilio, Guillaumet 56), Hartmannus 57), Charles 58), Septalius, de Planis Campy, Sartorius, Gockelius, Overcamp 59), Pitcarn, Gohl 60), Ron-

39*) Henr. Brucæus, Pr. M. & Car. Battus Diſſ. *de Morbo Gall.* Roſt. 1569.
40*) Sulp. Rigault, D. M. Fac. Par. & Joh. Riolanus *Q. M. Eſtne aliquid divinum in peſtilente & Venerea Lue?* Pariſ. 1574.
41) Arcæ. Fraxinola, Hiſp. *de recta curandi Vulnerum ratione*, prius Antwerpiæ 1574. mihi Amſtelod. 1658. exc.
42*) Ambr. Pareus, Chir. Barbit. Pariſ. *Opera*; Gallice prima vice edita fuerunt Pariſ. 1575.
43*) Gualt. Bruele, D. M. *Praxis medica & empirica*. Antw. 1579.
44*) Joh. Wierus, Guilielmi Cliv. Duc. Med. *Arzneybuch &c.* Frf. 1560.
45*) Hier. Mercurialis, Pr. Med. Patavin. Bonon. Piſan. *Practica medica.* Francof. 1602.
46*) Lucas Ghinus, Pr. Med. Piſan. Bonon. *Morbi Neapolitani curandi ratio perbrevis.* Spiræ Nemet. 1589.
47*) Felix Betera, Med. Brixienſ. *de cunctis H. C. Affectibus.* Brix. 1591.
48*) Petrus Foreſtus, Prof. Lugd. Bat. *Obſ. & Curat. Medic. & Chirurg.* Libr. XXXII. ſucceſſive excuſ. ſunt Lugd. B. ab a. 1596 -- 1606.
49*) Hercul. Saxonia, Pr. Med. Patav. *Luis Venereæ perfectiſſimæ Tractatio.* Patav. 1597.
50*) And. Baſtellus, D. M. Melphit. *Speculum Medicinæ.* Matriti 1599.
51*) Petr. de Torrez, Caroli V. Med. Aul. *Libro que trata de las enfermedad de las Bubas &c.* Madrid 1600.
52*) J. Bapt. Silvatius, Pr. M. Ticinienſ. *Controv. Med.* No. C. Mediol. 1601.
53*) Fab. Pacius, D. M. Vicetin. *de Morbo Gallico.* Venet. 1608.
54*) Lud. Mercatus, Pr. Valleſoletan. *Opera omnia.* Valleſolet. 1605.
55*) Andr. de Leon, Med. & Chir. Granat. *Practica de Morbo Gallico &c.* Valladolid, 1605.
56*) Taneq. Guillaumet, Chir. Henr. IV. Gall. Reg. *Traité de la Cryſtalline.* Lyon 1611.
57*) Joh. Hartmannus, Pr. M. Marpurg. 1) Diſſ. *de Lue Venerea.* Marp. 1611. 2) *Praxis Chimiatr.* Lipſ. 1633.
58*) Claud. Charles, Pr. Med. Pariſ. *Tractat. de Lue Venerea.* MSC. in Biblioth. Reg.
59*) Heydendryck Overcamp. Med. Batav. *Allede medicinale &c. Wercken.* Amſt. 1694.
60) Joh. Daniel Gohl, Phyſ. Oberbarnim. *Kurze Einleitung zur Praxi Clin.*

callus, Locher. Vulgatiſſima ratio hoc ligno morbum curandi, quam Poll jam deſcripſit, erat ſaturatum valde Decoctum longioris coctionis ope inde parare, ejus drachmas ſex diebus ſingulis mane & ſero ægro cubitum eunti ſtragulis probe tegendo exhibere, ac per aliquot horas ſudorem expectare, per diem Decocto valde diluto ſecundario pro potu ordinario uti, & diætam ſtrictiſſimam, qua vix vita ſuſtineatur, obſervare. Severinus 61) illud quoque variis eduliis immiſcere ſuadet; Matthiolus, Ferrus, Rangonus, Ryff 62), Lobera, Cardanus, Brassavolus, Ferrerius, Haschardus, Macchellus, M. J. Paschalis, Bayrus, Rondeletius, Chalmeteus 63), Tomitanus, Botallus, Dordonus, Sennertus Decoctum ſive cum vino facere, ſive cum eodem miſcere docent. Priores recte à Sennerto reprehendi vel tyro Chemiæ perſpicit. Vini qualemcunque hic uſum diſſuadent, & merito in medicamento ſua natura jam caleſaciente ac in morbo, qui in ſpiſſitudine humorum conſiſtit, rejicere videntur Gallus, Montanus, Victorius, Fallopius, Fracantianus, Petronius, Planerius, Platerus, Varandæus, Sartorius, Macchellus etiam ſerum lactis adhibet, Aquam ex Perſicaria deſtillatam Platerus. Extractum Claudinus, Sennertus, Dolæus, Overcamp commendant, Pulverem Schmaus, Macchellus, Rudius, quem bono conſilio improbant Ferrus, Lobera, Rondeletius, Sennertus. Electuarium proponunt Delgado, Matthiolus, Lobera, quod recte ſpernunt Ferrus, Sennertus. Cum muſto Fermentatum

Berlin 1539. prius vero per quendam, cui nomen Blazer erat manif. Plagio edit. 1715.

61*) Mar. Aurel. Severinus, Pr. Med. Neapol. *de recondita Abſceſſuum Natura.* Francof. 1632.

62) Gualt. Herm. Ryff, Argent. *neu erfundene &c. Arzney, die Franzoſen &c. zu curiren.* Strasb. 1541.

63**) Ant. Chalmeteus, Chirurg. Vergeſ. apud Ticin. *Enchiridion Chirurg.* Pariſ. 1560.

Matthiolus, Maggius, Aquam deſtillatam Sennertus, Severinus, Tincturam Spirituoſam Gaukes. Sed non pauci fuerunt Medici, qui varia Guajaco addendo, ſive ejus vires augere, ſive calefacientes qualitates corrigere tentarunt: non loquor hic de illis, qui, ubi alius morbus ſe Lui junxit, & huic idonea medicamenta cum Specifico Antiſyphilitico miſcuerunt, ſed illos tantum volo, qui ſolum morbum Neapolitanum reſpexere, & qui putabant Guajacum agere virus ex corpore expellendo; hac ducti idea addiderunt Purgantia Lobera, Ferrerius, M. J. Paschalis, Rondeletius, Sartorius, quæ egregie à medicamento, à quo diaphoreſin expectabant, abeſſe juſſerunt Montanus, Victorius, Chalmeteus, Fracantianus, Sennertus, Sparr 64); tanquam adjuvantia junxerunt Aromata Botallus, Jansonius, Purgantia & Aromata mixta Brassavolus, varia Refrigerantia Ferrus, Lobera, Montanus, Maggius, Leonus, Tomitanus. Aquam ex Guajaco, cui plures herbas admiſcuit, deſtillatam de Hery, ſimilem quæ aromata recipit Ferrerius, aliam quam Theriaca ingreditur Chalmeteus. Omnes has aquas Guajaci compoſitas Philoſophicas dixerunt. Vinum Magistri Ludovici, quod maximam in cura morbi famam acquiſiviſſe Pigray 65) teſtatur, eodem referente ex Guajaco cum variis Herbis Hepaticis & Vino paratum fuiſſe conſtat. Quo magis in dies evehetur rationalis medendi methodus, eo magis à Ferro, Rinio, Haschardo, qui Guajacum diverſimode permiſcendo melius noſtro fini accommodari poſſe rebantur, recedetur, & eo lubentius ſubſcribemus de Hutten, Gallo, Vesalio, Brunello & Deschamps, Victorio, Fallopio ac Borgarutio, qui ab alienis commixtionibus medicamen-

64) Joh. Caſp. Sparr, Argent. Diſſ. *de Lue Venerea.* Argent. 1673.
65*) Petr. Pigray, Chir. Henr. IV. Gall. Reg. *Epitome des Préceptes de Medecine &c.* Paris 1606.

ti proprias vires facillime infringi, hancque ob rationem ſimpliciſſima illud encheireſi præparandum eſſe contendunt. Sed Guajacum ab adeo multis laudatum ſua quoque fata paſſum eſt, in recenti & levi tantum morbo conducere à M. J. Paschali, Chalmeteo, Ant. Saporta 66), Pereda 67), Calvo 68), Quercetano 69), Horstioque 70) dicitur. Blondus 71), Pareus & à Brunn 72) ſe eodem ſine ſucceſſu uſos eſſe teſtantur. Non novi ego ullum medicamentum, quod non interdum vim medentium fruſtraverit, num licebit argumentari: medicamentum in millenis caſibus efficax fuit, in decem nullam opem tulit, ergo eſt rejiciendum? J. Paschalis 73) ſoli inediæ, quæ ſub uſu Guajaci obſervatur, & ſudori ſalutares quos edidit vires adſcribit. Bourru 74) Exoticis Lignis in genere vim ſpecificam diſputat, & modo Maſſa Humorum plane renovetur, quodcunque remedium curam perficere poſſe confidit; aſt quomodo inedia & ſudor pertinaciſſimam ſpiſſitudinem vincere poſſint, ego ſaltem non video, & Matthiolus J. Paschali, qui omnia ligna cum regimine Guajaci analogo, uſurpata, eoſdem effectus editura ſpondet, experimenta cum ligno Quercus inſtituta opponit. Paracelsus 75), Fernelius, Lo-

66*) Ant. Saporta, Pr. Med. Monſp. *de Tumorib. præter Naturam.* Lugd. 1624.
67*) Petr. Paul. Pereda, Pr. Med. Valentin. *Praxis medica.* Barcinon. 1579.
68*) Joh. Calvo, Med. Pr. Valent. *Libro de Medicina y Chirurgia.* Barc. 1592.
69) Joſ. Quercetanus, Med. ord. Henr. IV. Gall. Reg. *Conſilia.* Genev. 1603. adhib. edit. quæ Aurel. Allobr. 1609. excuſ. fuit.
70*) Georg. Horſtius, Pr. Med. Gieſſ. *Obſ. Medic. ſingul.* L. IV. Ulmæ 1628.
71*) Mich. Angel. Blondus, Italus, *de Origine Morbi Gallici.* Venet. 1542.
72) Joh. Conr. a Brunn in Hammerſtein, Pr. Heidelberg. ſingulari methodo Luem curavit, quam Joh. Jac. Filius in Diſſ. Scaphuſ. 1739. habita declaravit.
73**) Joh. Paſchalis, D. M. Sueſſanus, *de Morbo compoſito, vulgo Gallico dicto.* Neap. 1534.
74) Bourru, D. M. Fac. Par. *l'Art de ſe traiter ſoi même dans les Maladies Veneriennes*, ſine nomine Autoris. Pariſ. 1770.
75*) Aureol. Phil. Theophr. Paracelſus Bombaſt ab Hohenheim, Chimiatr. Chir. docuit Baſil. *Chirurgia magna.* 1536.

WE 76), MUSITANUS, SCHLICHTING 77), HUNDERTMARK 78), HEUERMANN 79) noxium, vel ad perfectam curam inſufficiens eſſe aſſerunt. Tanta fateor apud me non eſt horum Virorum auctoritas, ut mihi ſubleſtam reddant fidem tantæ teſtium nubi contrarium affirmanti. A BETHENCOURT 80) prudenter graciles, bilioſos, debiles, non ferre rationem, qua vulgo Guajacum propinare ſolent, monet. Nonne & circa Lignum Sanctum Axioma illud generale Practicum valet? Medicamenta tum demum omnem ſuam virtutem exerere, quando cum debita circumſpectione & ad ſubjectum applicatione porriguntur.

## §. IX.

Radicem Chinæ vel Cynarum vel Cinæ aliquot ante Salſamparillam annis in uſum tractam fuiſſe ex FRACASTORIO patet; ejus decoctum AMATUS, DORDONUS, RINIUS omnibus reliquis præferunt, MASSA Salſaparillæ. Inter alia ſimpliciter laudabant FRACASTORIUS, RANGONUS, LEONH. FUCHSIUS, LOBERA, CORNICIUS 1), FERRERIUS, TRINCAVELLIUS, MONTUUS, RONDELETIUS, BRUCÆUS & BATTUS, RIGAULT & RIOLANUS, ALCAZAR, BRUELE, CRATO, ZECCHIUS, MERCURIALIS, BETERA, FORESTUS, SAXONIA, BASTELLUS, DE TORREZ, CANNEVARIUS, PA-

76*) Petrus Lowe, Chir. Scotus, *an caſie certaine and perfect tho Cure &c. the Spaniſch Sicknes.* Lond. 1596.

77) Joh. Dan. Schlichting, D. M. Amſtel. 1) *Syphilidos mnemoſynon criticum &c.* cito Bœrhaav. *Meth. Stud. Med.* ed. Hallero p. 950. 2) *Act. Phyſ. Med. Ac. N. C.* T. VIII. Obſ. IX.

78) Carol. Frid. Hundertmark, Pr. Med. & Conr. Bergmann Diſſ. *de Mercurii vivi & cum Salibus varie mixti ſumma in Corpus humanum Vi atque Efficacitate &c.* Lipſ. 1754. 2) Ejusd. Program. *de Ozæna Venerea.* ib. 1758.

79) Georg. Heuermann, Pr. M. Hafn. *vermiſchte Bemerkungen und Unterſuchungen der ausübend. Arzneywiſſenſchaft.* Copenh. u. Leipz. 1767. 2ter Band.

80*) Joh. a Bethencourt, Med. D. Rothomag. *Nova pœnitentialis Quadrageſima &c.* Pariſ. 1557.

1*) Jac. Cornicius, Med. Embdan. *de Morbi Gallici Remedio per Radicem Chinam.* 1551.

cius, Mercatus, de Leon, Claudinus, Cortilio, Hartmannus, Charles, Septalius, Roncallus. Furstenau & Paxmann 2) ab Indis ſub forma pulveris non infelici tentamine recipi affirmant. Decoctum Chinæ cum vino miſcendum proponunt Rangonus & Rondeletius, hanc rationem vero Petronius improbat. Radicem Chinæ cum uvis confermentare, aquam deſtillatam ſimplicem aut vinoſam inde parare docet, & has aquas ſublimatas dicit, imo ad edulia recipit Severinus: hanc ultimam methodum redivivam noſtris temporibus ridet Anonymus Gallus 3); plane nihil Chinæ adjiciendum eſſe Vesalius & Cardanus præcipiunt: ad leviorem modo morbum conferre M. J. Paschalis, Chalmeteus, Tomitanus, Botallus, Petronius, Ant. Saporta, Pereda, Ghinus, Calvo, Rudius credunt. Inferiorem Ligno Guajaco Vesalius, Vidus Vidius, Laurentius, ipſa quoque Salſaparilla Perdulcis, Varandæus, Sennertus pronuntiant. Plane inertem Brassavolus, Fernelius, Massarius, Guarguantus, Sartorius, Musitanus; Fallopius & Fracantianus experimentis probant.

## §. X.

Salſæparillæ, Saſſæparillæ, Sarſæparillæ, Sarſæperigliæ &c. radix tertio ſeculi XVI. decennio in Europam introducta fuit, & à plurimis in eandem cum reliquis Specificis confirmatis (§. VII.) reſpectu virium Antiſyphiliticarum claſſem collocata fuit, à Rangono nimirum, Leonh. Fuchsio, Lobera, Ferrerio, Amato, Rondeletio, Tomitano, Botallo, Petronio, Dordono, Brucæo

2) Joh. Hermann. Furſtenau, Prof. Med. & Joh. Phil. Paxmann, Diſſ. *Specilegium Obſervationum, de Indorum Morbis & Medicina.* Rintelii 1735.
3) Anonymus Gallus *Parallele des différentes Methodes de traiter la Maladie Venerienne.* à Amſt. 1764.

& Batto,

& Batto, Rigault & Riolano, Fraxinola, Alcazar, Bruele, Wiero, Zecchio, Mercuriali, Betera, Rosello, Foresto, Saxonia, Bastello, de Torrez, Canevario, Pacio, Mercato, Perdulci, Claudino, Cortilione, Charles, Septalio, Sartorio, Pitcarnio, Roncallo, ex recentioribus ei quoque multum favent Lapus 1), Stoerck, Dossie' 2), Fordyce, per tres menſes continuatam, non modo recentem, ſed & inveteratum morbum extirpari, & quidem certius quam ope Mercurii Cestonus 3) autumat. Eandem reliquis præferendam eſſe Cardanus, Trincavellius, de Leon ac Massarias contendunt. Ab incolis Africæ unice ad curam adhiberi, *Hiſtoire générale des Voyages* teſtatur. Sub forma pulveris à Cortilione & Cestono ab ultimo quoque ſub forma Extracti exhibebatur; eduliis commiſcuit Severinus, cum Antimonio & Nucum putaminibus Borellus 4) decoquit; Potionem, cujus baſin Salſaparilla conſtituit, & à cujus reliquis ingredientibus vix aliquid efficacis nobis polliceri poſſumus, omnia Luis antidota ſuperare hallucinatur Montanus, illamque Magnatibus conſulit deſtillatam. Idem Decoctum Bagliv valde emaciatis commendat, nec non Salſamparillam cum Viperis in ſero lactis coctam, Geach 5) ipſum lac pro menſtruo adhibet, Morgagnus 6) laudat Aquam ſtibiatam vel Corſi, quæ & ſub titulo Decocti Pomponacii in Antidotario Bononienſi deſcripta eſt, atque ex Salſaparilla, Viſco Querno, Antimo-

1) Joh. Hieron. Lapus, Phil. ac Medic. Diſſ. *de Curatione Stranguriæ contumacis frequentem maleque tractatam Gonorrhœam virulentam conſequentis*, prius 1751. mihi Romæ 1754 edit.

2) Doſſié *Theory and Practice of chirurgical pharmacy &c.* London 1761. cito *Gött. Zeit. aufs Jahr* 1763. p. 843.

3*) Hyac. Ceſtonus, Pharm. Liburnus, *Vere Condicione della ſalſa Pariglia &c.* 1708.

4) Borellus, Med. Pariſ. *Cent. II. Obſ.* 96. Francof. 1690.

5) Geach *Medical and Chirurgical Obſervations.* London 1768.

6) Joh. Bapt. Morgagnius, adhuc hodie beato Senio Prof. Med. Patav. *de Sedibus & Cauſſis Morborum.* Venet. 1761.

nio crudo, Lapide Pumicis, cum aqua paratur; hoc etiam Decocto à VALSALVA ad decem uſque libras de die exhibito ſpatio trium dierum malum ſanatum fuiſſe teſtatur. Levi modo malo vincendo parem eſſe M. J. PASCHALIS, ANT. SAPORTA, PEREDA, RUDIUS perhibent. Ligno Guajaco à MASSA, VIDO VIDIO, qui illam quoque China minus efficacem credit, LAURENTIO, VARANDÆO, SENNERTO poſtponitur; minus valentem &, niſi alia adjiciantur, plane inertem pronuntiarunt RINIUS, MONTUUS, FRACANTIANUS, GUARGUANTUS, MUSITANUS, JOHRENIUS & EISENER, qui etiam per adjecta Nucum putamina & ſtibium nil effici notant, ac denique BROMFEILD 7).

## §. XI.

Saſſafras Pavame L. verſus finem ſæculi XVI. demum innotuiſſe ex WIERO, qui primus illud laudavit, patet, commendatum quoque à MONAVIO 1), CLAUDINO, VARANDÆO, reliquis minus efficax à SENNERTO dicitur. NEANDER 2) Pulverem, Bolum, Extractum, Syrupum, Oleum deſtillatum inde parata celebrat, imo cum ejus decocto Vinum commiſcet. GUARGUANTUS ac SARTORIUS hoc lignum vilipendunt, RUDIUS Luis erodentem vim etiam inde augeri putat. Medicamento evidenter calido, nulla cui fidere poſſimus obſervatione probato, ego haud immoror.

## §. XII.

Fuernnt multi qui hæc, de quibus §. VIII. ad XI. actum fuit, Vegetabilia inter ſe invicem miſcendo adhuc

7) Bromfield, Chir. Reg. Angl. *Obſervations ſur le Solanum avec des Remarques, ſur l'uſage de la Salſe pareille du Mercure & de ſes Préparations.* à Paris 1761.

1*) Petr. Monavius, Rodolphi II. Imp. Med. *de Ligno Fœniculato.* 1583.

2) Joh. Neander, D. M. Bremenſ. Ejus *Saſſafraſologia* 1627. edit. citatur apud Sparr, de quo ſupra.

magis appropriare ſperarunt. Decoctum hac ratione confectum inter primos PLATER à Lignis denominavit, & illis mixtis, vel ſolis, vel aliis quoque adjectis, eo certius morbum fugatum iri confidebant. Sola inter ſe combinata dederunt VENUSTUS 1), CAPIVACCIUS 2), MINADOUS, JOH. SAPORTA 3), CÆSALPINUS, PLATER, SENNERTUS, COLLE, WEICKARD 4), ZACUTUS 5), WYNELL, DE LE BOE SYLVIUS, DE BLEGNY 6), MAJOR & SCHIPPEL 7), DECKER 8), JANSONIUS, SPARR, JONSTON, CHRISTINUS, W. WEDEL & LÖW, LOSSIUS & REBENTROST, BLANCARD, E. STAHL & THEBESIUS, HIRSCHEL. MAYERNE plures compoſitiones exhibet, in quibus ligna cum ſexcentis aliis purgantibus, reſolventibus &c. miſcentur. ZWINGER 9) iis varia purgantia, ſudorifera, incongrua adjicit. NIESER 10) abſurdam ſuam ex ipſis componit Panaceam Tartaream, alterum inconcinnorum à DIBON propoſitorum decoctorum conſtituunt, cum aromatibus decoquit POTERIUS, SPARR, Aquam Theriacalem commiſcet DOLÆUS, Antimonium jungit ETTMÜLLER 11), WEISBACH, VERCELLONUS 12), cum reſolventibus variis FR. HOFFMANN,

1) Ant. Mar. Venuſtus, Med. Tergeſt. *Conſilia Med.* Venet. 1571. Utor edit. quæ cum *Paradox. Med.* Francof. 1660. impr. fuit.
2) Hier. Capivaccius, Pr. M. Pat. *de Lue Venerea Acroaſes.* Spir. Nem. 1590.
3*) Joh. Saporta, Pr. Med. Monſp. *de Lue Venerea.* 1600.
4*) Arn. Weickardus, Med. Franc. *Colerus redivivus.* Francof. 1626.
5*) Zacutus Luſitanus, Med. Uliſippon. Amſtelod. Hag. Comit. Judæus *de Medicor. Principum Hiſtoria* cujus liber primus Amſtel. 1629. prodiit.
6*) Nic. de Blegny, M. Par. *l'Art de guérir les Maladies veneriennes.* Par. 1673.
7) Joh. Dan. Major, Prof. Med. & Joh. Nic. Schippel, Diſſ. *de Uſu & Abuſu Mercurii in Lue venerea* Kiliæ 1673.
8) Fr. Decker, Prof. Med. Lugd. Bat. *Exercitationes Practic. circa medend. method.* Lugd. Bat. & Amſtelod. 1673.
9) Theod. Zwinger, Prof. Med. Baſil. *Theatrum Praxeos.* Baſil. 1710.
10) Henr. Alex. Nieser, Chir. Arauſioburg. *Sicherer Weg, durch die Panacea Tartarea die Franzoſen zu curiren.* Berlin 1713.
11) Mich. Ettmüller, Med. Lipſ. *Collect. Operum prima* Leidæ 1685. prodiit, adhibui edit. Francof. 1697.
12) Jac. Vercellonus, Med. Rom. Aſtenſ. *de Pudendorum Morbis & Lue Venerea Tetrabiblion*, prius Aſtæ 1716. mihi Lugd. Bat. 1722. impr.

Anonymus Germanus 13), Scharschmidt 14). Decoctum ex China & Salſaparilla Lowe & Everhaers 15) multum extollunt, easdem cum abſurdiſſimis ingredientibus miſcuit Dibon. Decoctum ex Salſaparilla, China & Saſſafras Blancard, cum variis aliis vegetabilibus reſolventibus morbo haud inveterato Boerhave. Decoctum ex Salſaparilla & Saſſafras Blancard, ſimile ex China vel Salſaparilla cum reſolventibus Idem; Guajacum, China & Salſaparilla ingrediuntur tertium abſurdiſſimum Dibon decoctum, iiſdem purgantia & vinum adjicit Lowe, Reſolventia foſſilia Sartorius, Buchner & Franck 16) ſolis ex Aqua coctis colophonem curæ impoſuiſſe teſtatur Guldenklee 17). Varia his Roncallus demulcentia miſcet, vel aquam inde abſtrahit, aut ſola exhibet. Guajacum & Salſaparillam cum Catharcticis nupta præſcribit Perdulcis, cum aromatibus Gokelius, ex Guajaco, Salſaparilla & Saſſafras decoctum Quercetanus conſulit, variis aromatibus acuendum; Gaukes vero cum reſolventibus foſſilibus jungit, quibus pro more ſuo ſat inconcinno alia medicamenta annectit Dibon. Decoctum ex Guajaco, Saſſafras & China cum reſolventibus mineralibus Grashuis 18) celebrat. Ex quatuor Exoticis cum cereviſia fermentatis Guldenklee potum medicatum parat. Electuarium admiſtis purgantibus & aromatibus Plater.

13) Anonymus Germanus *Neue Anweiſung zu der gründlichen Erkenntniß und glücklichen Curirung derer innerlichen menſchlichen Krankheiten. Leipz.* 1744.

14) Sam. Scharſchmidt, Prof. Med. Berol. *Abhandlung von den veneriſchen Krankheiten, durch Kurella. Berlin* 1750.

15*) Ant. Everhaers, D. M. Medioburg. *Antiqui Morbi recrudeſcentis &c. cum Gallico Collatio.* Mediob. 1661.

16) Andr. El. Buchner, de quo ſupra ad §. VI. 19. & Jac. Frid. Franck Diſſ. *de graviſſimo Luis Venereæ Symptomate Tortura nocturna.* Erford. 1744.

17) Balth. Timæus von Güldenklee, Elect. Brand. Arch. *Caſus medicinales*, mox Lipſiæ 1662. mihi 1667. edit.

18) Joh. Grashuis, D. M. Belga, Epiſt. ad Maty *de facili Luem Veneream curandi Methodo*, quæ in *Journal Britann.* 1754. *pour les mois de Juillet & d'Août* Art. IX. p. 388. inſert. eſt.

Aliud ex Saſſafras, Guajaco ac Salſæparilla cum lenibus laxantibus maximi facit WERLHOFF 19), hanc autem rationem medendi morbo ſolummodo leviori parem eſſe RANCHINUS 20), FERDINANDUS, GULDENKLEE & FR. HOFFMANN teſtantur. Accedunt ANONYMUS GERMANUS 21), LUDWIG, FABRE 22), BASSIUS 23), PLATNER 24), plane non ſufficere HILDANUS 25), UCAY 26), OVELGÜN 27) docent. Quo magis Mercurium prudenter adhibere didicerunt Medici, eo magis auctoritas horum Specificorum evanuit, ita ut hodie contra morbos Venereos tanquam adjuvantia ſolummodo adhibeantur, neutiquam autem, ob tardam eorundem operandi rationem & inſignes, quas, ſi eo modo, quo curam abſolvere valent, uſurpantur, excitant in corpore turbas, iis ſolis Lui obviam eamus.

## §. XIII.

Varias ob rationes, quas hactenus recenſui, Specificis Plantas indigenas ſubſtituere anniſi ſunt multi. Buxi ſemper

19) Paul. Gottl. Werlhof, Med. Aul. Hannov. *Commerc. Liter. Norimb.* a. 1735. Hebd. XIII. Obſ. V. p. 100.

20*) Franc. Ranchinus, Pr. Med. Monſp. *Traité de l'Origine &c. de la Verole.* 1620. Lugd.

21) Anonym. Germanus *der geſchickte Franzoſen-Doctor.* Frf. u. Leipz. 1752.

22) Fabre, Ch. Pariſ. Ac. Chir. Conſil. *Traité des Maladies Veneriennes*, prius Pariſ. 1759. poſtea ibid. 1765. excuſ.

23) Henr. Baſſius, Pr. Halenſ. *Tract. de Morbis Venereis.* Frf. & Lipſ. 1763.

24) Joh. Zachar. Platner, Prof. Med. Lipſ. *Ars medendi ſingulis morbis accommodata.* Lipſ. 1765.

25) Fabricius Hildanus, Chir. Bern. *Obſerv. Chirurg.* Francof. 1646. Hor. Obſerv. Cent. IV. ſeparat. impreſſ. fuere Baſil. 1606, 1611, 1614, 1619. Vta vero Francof. 1627. Hæ Collect. & VIta auct. Lugd. 1641. omnes cum reliq. Operib. mihi Francof. 1646. & poſtea adhuc ibid. 1682. excuſ. Henninger Noſtras Obſervat. & Epiſt. reciſis, quæ ad Medicinam non faciunt, ad certos titulos reduct. imprimi fecit 1713. Cito Cent. II. Obſ. 82. Cent. V. Obſ. 93, 115, 116, 117.

26) Gerv. Ucay, D. M. Toloſ. *Traité de la Maladie Venerienne &c.* prius Toloſ. 1693. mihi Amſtel. 1699. impr.

27) Rudig. Frid. Ovelgün, Pract. Frizlar. *Act. N. C. Phyſ. Med.* T. V. Obſ. CLX. p. 530.

virentis L. lignum Sancto ſubſtitui poſſe aſſeverant AMATUS, RONDELETIUS, PETRONIUS, CÆSALPINUS, PLATER, COLLE, WEICKARD, JONSTON, MAYERNE, CHRISTINUS, DOLÆUS, SINAPIUS. MUSITANUS refert, ſe ejus decocto multos ſanaſſe. Sed id fruſtra exhiberi bene monuerunt RINIUS, VIDUS VIDIUS, HASCHARDUS, FRACANTIANUS, SENNERTUS, UCAY. Arundinis Phragmitis L. radicem illi Chinæ vix condonando errore, ad figuram unice reſpicientes, æquipararunt FERRERIUS, MONTUUS, CÆSALPINUS, CLAUDINUS, PLATERUS, CHRISTINUS. Cupreſſi ſemper virentis L. lignum comparaverunt RINIUS, FERRERIUS, PLATERUS, MUSITANUS. FERRERIUS eodem ſcopo Ebenum lignum propoſuiſſe videtur à FRACANTIANO refutatus. CÆSALPINUS autem Ermelinum lignum, quod Dioſpyros Virginiana eſſe videtur. FERRERIUS, FRIZIMELICA, CLAUDINUS, LOBERA Fraxinum excelſiorem L. commendant. Denuo FERRERIUS, nec non FALLOPIUS, FRIZIMELICA, PACIUS, CLAUDINUS, PLATER, COLLE, WEICKARD, JONSTON, DE LE BOE SYLVIUS, CHRISTINUS, LOSSIUS & REBENTROST, DOLÆUS, SINAPIUS. Juniperum communem L. proponunt PETRONIUS auctoritate DIOSCORIDIS obcœcati, ut & RONDELETIUS, qui lignum Juniperi venenatum eſſe credentes, folia & baccas commendant. Baccas quoque PLATERUS, DE LE BOE SYLVIUS ac JONSTON laudant. Nullam autem Junipero hic eſſe efficaciam teſtantur VIDUS VIDIUS, BRASSAVOLUS, FRACANTIANUS, SENNERTUS. Lignum Oleæ Europeæ L. COLLE celebrat, quod recte SENNERTUS ſpernit. AMATUS, GHINUS, CÆSALPINUS, COLLE, MAYERNE Smilacis Aſperæ radice Sarſæparillæ vices implent. DE LE BOE SYLVIUS & CHRISTINUS omnium exoticorum, eam FALLOPIUS & MUSITANUS etiam Salſæparillæ præferunt & iſta plures ſanaſſe aſſeverant. Pronuntiatur autem iners à VIDO VIDIO, TOMITANO, GUARGUANTO. Viſcum album L. quercubus

innatum inconcinne omnino ſtatuunt in locum Guajaci ſufficere poſſe, Cæsalpinus, Claudinus, Christinus, Musitanus. Cum noſtris temporibus Ligna Exotica ubivis & mediocri ſatis pretio proſtent, hinc de eorum ſuccedaneis parum ſolliciti ſumus, maxime cum neutiquam in eorum partes abire cogitemus, qui cum Creator omnem quo patet orbem noſtris uſibus dederit, neſcio qua pietatis ſpecie ducti illis modo quæ patria tellus alit corporibus ſibi ſufficere putant.

## §. XIV.

Quæ varii Auctores apud gentes peregrinas extare Specifica narrant, quorum autem nomina duntaxat inter eas conſueta nobis tradiderunt mitto. Lobelia Syphilitica à Kalmio 1) multum laudatur, ipſius diſſertatio Ill. Linnæi *Spec. Canad.* 1756. inſerta eſt, recuſa in *Amœn. Acad.* T. IV. ubi quoque Bertram illam fide Kalmii commendat, cui Heuermann aſſentitur. Colden apud Linnæum *l. c.* Araliam Nudicaulem Salſaparilla efficaciorem judicat. Kalmius radices Ranunculi Abortivi L. nec non illas Ceanothi Americani L. & Rubi Cæſii L. etiam tunc conducere, quando Lobelia non ſufficit teſtatur. Timidus fateor noſtratibus vix auderem ingerere medicamentum, quod in Canadenſium ventriculis vires draſticas edit.

## §. XV.

Devolvimur ad Hydrargyrum, qui jure omnibus Specificis anteferendus, & quem tandem Medici ea ratione didicerunt adhibere, ut omnia reliqua certa, cita & tuta ratione plurimum anteeat. Diverſiſſima autem ratione

1) Petr. Kalm, Pr. Med. Aboæ Finn. *in den Abhandlungen der Schwediſchen Akademie, XIItem Band, aus dem Schwed. überſetzt. Hamb. u. Leipzig* 1754. inſeruit anno 1750. trimeſt. ult. Obſerv. huc facient.

Heroicum hoc Medicamentum adminiſtraverunt Medentes, & inſigne temporis ſpatium effluxit, donec optima fuerit detecta. Longe plurimi ſine Hydrargyro morbum radicitus extirpari non poſſe fuerunt perſuaſi, quidam eundem demum exhibendum eſſe putarunt, quando reliquæ medicationes malo debellando fuerint impares. Fuerunt qui illum externe, fuerunt qui illum interne exhibuere, alii ſalivationem inde excitandam duxerunt, alii omni data opera iſtam cohibere ſtuduerunt, quidam denique ejus uſui ſudorifera præmittenda, quidam ſubjungenda eſſe cenſuerunt.

## §. XVI.

Hydrargyrum optimum Luis Antidotum eſſe, omni medicationi præferendum rati ſunt CARDANUS, MAGGIUS, LUSSON & MOMBEL 1), CANEVARIUS, DE LEON, PIGRAY, PLATER, MAYERNE, VIGIERIUS 2), MATTOT & GUERIN 3), VON HAMMEN 4), SYDENHAM 5), CALMETTE 6), UCAY, LISTER 7), R. J. CAMMERARIUS & CASPAR 8), HARRIS 9), E. STAHL & THEBESIUS, NEUBAUR 10), JOH-

1*) Guil. Luſſon, D. M. Fac. Par. & Franc. Mombel Q. M. *Eſtne Peſti bolus Armena Remedium? Lui Venereæ hydrargyrum.* Lutet. 1575.

2*) Jo. Vigierius, D. M. caſtrenſ. apud Albigenſ. *Opera medic. chirurg.* 1659.

3*) Paulus Mattot, D. M. & Claud. Guerin Q. M. *An in curanda Syphilide Balneum Ptyaliſmo præmittendum?* Lutet. 1668.

4*) Lud. von Hammen, Joh. Sobiesky Reg. Pol. Med. Q. M. *An in Lue Venerea Hydrargyrum Guajaco præferendum?* Monſp. 1674.

5) Th. Sydenham, D. M. Lond. *Epiſtola de Luis Venereæ Curatione*, jam 1680. prodiit; adhibui Opera medica Genev. 1757. impr.

6*) Franc. Calmette, Med. Monſp. *Riverius reformatus, ſive Praxis medica.* Lugd. 1690.

7*) Martin. Liſter, Med. Lond. *Exercitat. medicin.* Londin. 1694.

8) Rud. Jac. Camerarius, Pr. Med. & Joh. Caſpar. Diſſ. *de Panacea Mercuriali.* Tubingæ 1700.

9*) Gualt. Harris, D. M. Londin. *de Morbis acutis Infantum &c.* Lond. 1705.

10) J. Georg. Neubaur, Argent. Diſſ. *de Lue Venerea cognoſcenda & curanda.* Arg. 1706.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0036-9

RENIUS & EISENER, EL. CAMERARIUS & WEISSMANN 11) PITCARN, HENNINGER & THILEMANN 12), VERCELLONUS, GORIS 13), TURNER, ALLIOT & LEAULTE' 14), DIBON J.. C.. 15), SCHROMMIUS, BAILLY & FREMONT 16), VON LINDERN, BAUMLER 17), BREST 18), ASTRUC, N. ROBINSON 19), PUJATUS 20), HERRENSCHWANDT 21), VENER. PARENS, YVO STAHL & FEINLER 22), RABOURS & DE LA CLOY 23) teſtantur. Accedunt ALBERTI & SCHRIMPFFIUS 24), MIDY & DES BOIS 25), DIONIS & GEVIGLAND 26), SCHLICHTING, STENZEL & KLIPSCH

11) El. Camerarius, Pr. Med. & Tob. Weiſſmann Diſſ. *de Salivatione ſine Salivatione.* Tubingæ 1711. XXIX. Coll. Pract. Haller.

12) Joh. Sigiſm. Henninger, Pr. Med. & Joh. Zach. Thilemann. Diſſ. *de Medicamentis Mercurialibus.* Argent. 1715.

13) Gerard. Goris, D. M. Batav. *Mercurius Triumphator.* Lugd. B. 1717.

14) J. Bapt. Fauſt. Alliot. D. M. Fac. Par. & Joh. Franc. Leaulté Q. M. *An morbus antiquus Syphilis?* Pariſ. 1717.

15*) J... C... D. M. Anglus, *the Practice of Salivat. vindicated.* Lond. 1724.

16) Fra. Bailly, D. M. & Deſid. Claud. Fremont, Q. M. *An Hydrargyrus unicum Syphilidis Alexipharmacon?* Pariſ. 1727.

17) Gott. Sam. Baumler, Phyſ. Germersh. in Palat. *Mitleidiger Arzt*, prius Arg. 1731. mihi ibid. 1736. excuſ.

18) Vinc. Breſt, Chirurg. Gallus, *Diſſertation ſur l'uſage du Mercure dans les Maladies Veneriennes &c.* Londr. 1735. adh. Verſ. Germ. Berol. 1749. excuſ.

19*) Nic. Robinſon, D. Med. Londin. permiſſ. *A new Treatiſe of the venereal diſeaſe &c.* Lond. 1736.

20) Joſ. Ant. Pujatus, Sacilenſ. *Decas rarior. Obſervat. medicar.* Venetiis 1737. cito Bœrhaav. *Meth. ſtud. Med.* ed. Haller. p. 947.

21) Joh. Frid. Herrenſchwandt, Morato-Helvetus, hodie Pol. Reg. Arch. Diſſ. *de Hiſtoria Mercurii medica.* Lugd. B. 1737.

22) Ivo Jo. Stahl, Prof. Med. & Gottf. Feinler Diſſ. *de Mercurii in C. H. agendi modo.* Erford. 1738.

23) Ged. de Rabours, D. M. & J. L. Baude de la Cloy Q. M. *An in Lue Venerea parciores & longius diſſitæ Mercurii Doſes plenioribus crebrioribusque anteponendæ?* Pariſ. 1739.

24) Mich. Alberti, Pr. Med. & Henr. Ad. Schrimpffius Diſſ. *de Hydrargyroſi.* Halæ Magd. 1740.

25) Jo. Midy, D. M. & L. Ren. Desbois Q. M. *An Syphilis per frictiones Mercuriales absque ulla excretione, niſi fere inſenſibili, ſanabilior?* Par. 1741.

26) Car. Dionis, D. M. & Nat. Mar. de Gevigland Q. M. *An Syphilidi conveniat Suffimigatio recens?* Pariſ. 1741.

27), Juch & Weber 28), W. C. Hoffmann 29), Büchner & Franck, Marteau & Chesnau 30), Brendel 31), Mead 32), Lapus, Chevalier & le Thieullier 33), B. Robinson 34), Gynongyössius 35), Missa & Despatureaux 36), Gmelin & Gærtner 37), Owen 38), Kaltschmid & Alberti, Lot 39, le Roi 40), Stoll 41), Spielmann & Ehrmann 42), Langhans 43),

27) Chr. Gottl. Stenzel, Pr. Med. & J. Ph. Klipſch Diſſ. ſiſtens *Caſus aliquot hominum a Lue Venerea per Salivationem curatorum*. Vitemb. 1743.

28) Herm. Paul. Juch, Pr. Med. & Mich. Weberus, Diſſ. *de Cauſſa Luis Venereæ proxima*. Erford. 1743.

29) Wilh. Chriſt. Hoffmann, Haſſ. Darmſt. Diſſ. *de Salivatione merculiali*. Gieſſæ 1743.

30) Lud. Ren. Marteau, D. M. & Nat. And. J. B. Cheſnau Q. M. *An in curanda Lue Venerea Suffimigia rite adhibita remedium optimum?* Par. 1745.

31) Joh. Gott. Brendel, Pr. Med. 1) *Faſcic. Obſerv. Med.* Gotting. 1740. 2) *Proluſio de Hydrargyri Reliquiis a Ptyaliſmo expellendis*. ibid. 1747.

32) Richardus Mead, Med. Reg. Angl. 1) *Mechanical account of Poiſons*. Lond. 1702. 2) *Monita & Præcepta medica*. Lond. 1751.

33) J. Dam. Chevalier, D. M. Fac. Par. 1) & Ludov. Ren. P. F. le Thieullier Q. M. *An per Suffitum facilior quam per Inunctionem Mercurialem Morbi Venerei Curatio?* Paris 1752. XXXI. Coll. Pract. Haller. 2) *Lettre à Mr. de Jean ſur les Maladies de St. Domingue &c.* Paris 1752. cito *Götting. Zeitung vom Jahr* 1753. p. 1287. & ſq.

34) Bryan Robinſon *Obſervations on the Vertue and Operations of Medicine*. Dublin 1752. cito *Gött. Zeit.* 1754. p. 126.

35) Paulus Gynongyöſſius Diſſ. *de Empiricis Remediis*. Hardervici 1753. 232. Coll. Pr. Hall.

36) Henr. Mich. Miſſa, D. M. & Guid. Dan. Deſpatureaux Q. M. *Ergo Lui Venereæ Hydrargyrus camphoratus?* Par. 1756. XXXII. Coll. Pr. Haller.

37) Phil. Frid. Gmelin, Pr. Med. & Achat. Gærtner Diſſ. ſiſtens *ſpecificam Methodum recentiorem Cancrum ſanandi*. Tubingæ 1757.

38) Pryce Owen *Tractatus de Mercurio*. Edimb. 1757. cito *Gött. Zeit.* 1760.

39) Chr. Eberh. Lot, Vitmund. Friſ. Orient. Diſſ. *de Arthritide incongrui Mercurialium uſus effectu*. Halæ Ven. 1759.

40) Carol. Le Roi, D. M. M. *QQ. Ch. Ch. pro vacante Cathedra Monſpel.* cito Commentar. Lipſ. T. IX. p. 49. & ſq.

41) Jo. Sig. Theoph. Stoll, Ratisb. Diſſ. *de Mercurii in Solidis C. H. hærentis noxa*. Arg. 1760.

42) Jac. Reinbold. Spielmann, Prof. Med. Noſtras, Fautor, Præceptor maxime Venerandus, cujus benevolenter in me congeſta ſat prædicare nequeo; & Joh. Fr. Ehrmann, Prof. Med. apud nos Extraord. Cognatus, Affinis ſuaviſſ. Diſſ. *de Hydrargyri præparator. internorum in ſanguinem effectibus*. Argent. 1761.

43) Dan. Langhans, D. M. Bern. 1) *Anweiſung, ſich von den meiſten Krank-*

Bassius, Pomme 44), Augustini 45), Anonymus Gallus 46), Lieutaud 47), Platner, Royer 48), Plenck 49), Jauberthou 50), Heuermann, Canestrini 51), Thirion 52), Munniks 53), de Horne 54), Gardane 55), Bourru. Ad inveteratum maxime morbum facere Quercetanus, Guyon, Morphæus 56), de Rotundis 57), Kramer ſtatuunt. Virulentiam Mercurii metuentes non pauci tum demum, quando reliqua auxilia in caſſum erant adhibita, illum in uſum traxerunt; pertinent huc Fallopius, Petronius, Borgarutius, Brucæus

*heiten befreyen zu können.* Bern 1763. *dritter Theil.* 2) *Beſchreibung der Helvetiſchen Pillen.* Zürch 1757.

44) Pomme, D. M. M. *Traité des Affections vaporeuſes des deux Sexes;* prius 1763. mihi Lugd. 1769. impr.

45) Ant. Auguſtini *Strangurìa, quæ Venerea dicitur, aliquando Mercurii eſſe poteſt effectus.* Venet. 1763. cito Comm. Lipſ. T. XIII. p. 89.

46) vid. ſupra §. IX. not. 3.

47) Joſ. Lieutaud, Prim. Stirp. Regis Gall. Med. *Synopſis univerſæ Praxeos Medicinæ.* Amſt. 1765.

48) Royer, Chir. olim caſtrenſ. 1) *Diſſertation ſur une nouvelle Methode de traiter les Maladies Veneriennes par des Lavemens.* Paris 1767. prius ibid. 1765. excuſ. 2) *Lettre à M*** ſur une Brochure anonyme, portant Titre: Parallele des différentes Methodes de traiter la Maladie Venerienne.* Paris 1765. 3) *Lettre à Mr. J. J. Gardane.* à Bouillon 1770.

49) Joſ. Jac. Plenck, Chir. Vindob. *Methodus nova & facilis, Argentum vivum ægris Venerea Labe infectis exhibendi.* Vindob. 1766.

50) Jauberthou, Chir. Par. *Traité des Maladies Veneriennes.* Paris 1766.

51) Ant. Caneſtrini Diſſ. *de Mercurio.* Oenipont. 1768.

52) J. Franc. Thirion, Chir. Princ. Haſſ. Rothenb. Q. M. *An Mercurii adhibendi multiplices Methodi Morborum Venereorum Curationi proſint?* Erfordiæ 1768.

53) Wynold. Munnicks Jouro Friſius Diſſ. *de Lue Venerea ejusque præcipuis auxiliis, inter quæ Ill. Zwietenii & Cl. Plenckii Remedia potiſſimum examinantur.* Lugd. B. 1769.

54) de Horne, D. M. Metenſis, *Examen des principales Methodes d'adminiſtrer le Mercure pour la Guériſon des Maladies Venerien.* Londr. & Par. 1769.

55) Joh. Jac. Gardane, D. M. Fac. Par. 1) *Recherches pratiques ſur les differentes manieres de traiter les Maladies Veneriennes.* Paris 1770. 2) *Memoires ſur l'inſuffiſance & le danger des Lavemens Antiveneriens, pour faire ſuite &c.* Libri præcedentis. à Londres 1770.

56*) Edmund. Morphæus Hibern. Q. *pro vacante Cathedra.* Monſp. 1688.

57*) Petr. de Rotundis, Med. Roman. *de Victus ratione in Febre acuta continua &c.* Romæ 1739.

& BATTUS, CAPIVACCIUS, JOH. SAPORTA, SILVATICUS, RUDIUS, PERDULCIS, VARANDÆUS, RANCHINUS, SENNERTUS, KNOBLOCH 58), COLLE, ZACUTUS, JONSTON, SARTORIUS, DE LE BOE SYLVIUS, MAJOR & SCHIPPEL, SPARR, W. WEDEL & LÖW, LOSSIUS & REBENTROST, GOKELIUS, WEISBACH, A. WEDEL & SLEVOGT 59), FR. HOFFMANN, SCHARSCHMIDT, HIRSCHEL. Sed quoniam Veteres Mercurium Venenis adſcripſerunt, atque ſimul, dum illum per protractius temporis ſpatium adhibuerunt, graviſſima ſymptomata excitare videbant, Hydrargyri uſus à multis damnatus eſt. Rejecerunt igitur VOCHS, HUTTEN, MONTANUS, J. LANGIUS 60), HASCHARDUS, FERNELIUS, LEONUS, TOMITANUS, PALMARIUS, QUIQUEBOEUF & PAULMIER, MINADOUS, LEO, CLAUDINUS, RENODÆUS & ARBAUD 61), MASSARIAS, GUARGUANTUS, BIGORRE 62), EVERHAERS, DECKER, JANSONIUS, DE CRAANEN, HEINSIUS 63), CESTONUS, SINTELAER 64), DE KNOERR 65), SIGOGNE 66), FABBRI, WINCKLER 67), GRASHUIS, DE VELNOS 68); BOERHAVE, in cujus verba ALEX. CAMERARIUS & BREYER jurant, illum haud valere Venereum Tabum, quando in locis, ad quæ cordis arte-

58*) Tob. Knobloch, Med. Inglav. in Morav. *Kurzer Bericht von den Franzoſen &c.* Gieſſen 1620.

59) Joh. Ad. Wedel, Pr. M. & J. G. Slevogt Diſſ. *de Lue Vener.* Jenæ 1729.

60*) Joh. Langius, D. M. Heidelb. *medicinalium Epiſtolarum Miſcellanea.* Baſil. 1554.

61*) Joh. Renodæus, D. M. & Georg. Arbaud Q. M. *An Hydrargyrum tutum Luis Indicæ Alexipharmacum?* Lutet. 1606.

62*) Anton. Bigorre, Abienſis: *Doctoralis Laureæ Triumphus.* Monſp. 1658.

63*) Nic. Heinſius, D. M. Culemb. *de kwynende Venus &c.* Amſt. 1697.

64*) Joh. Sintelaer, Angl. Pract. Med. *the ſcourge of Venus and Mercury.* Lond. 1709.

65) Lud. Wilh. de Knœrr, Med. Lipſ. *Venus à la mode.* Leipz. 1717.

66) Jac. Bouez de Sigogne, D. M. Corbinac. *Methode nouvelle pour guérir les Maladies Veneriennes.* Paris 1722.

67) Lud. Heinr. Winckler, M. Pract. Lipſ. *Gründlicher Vorſchlag, ſich von allen Veneriſchen Krankheiten zu befreyen.* Freyberg 1752.

68) Joſ. Vergely de Velnos *Diſſertation ſur un nouveau Remede Antivenerien vegetal.* Paris 1768. mihi, prius vero anno 1765. excuſ.

riarumque actio vix pertingit, figitur, ſuperare credit. Talia loca me ignorare fateor, qui etiam innumeris circa Mercurii qualitatem à Venenis alieniſſimam obſervationibus plus fido, quam auctoritati Patrum Artis noſtræ, & laudans cautam Majorum prudentiam, certus ſum, vel Mercurii adverſarios mentem omnino mutaturos fuiſſe, ſi illis innotuiſſet ratio, qua hodie à medentibus rationalibus adhibetur. Multi fuerunt, qui Mercurio ſudoriferorum uſum junxerunt, ut juvetur ejus in expellendum aut corrigendum virtus, ut minuatur ſurrecturus ptyaliſmus, & reliquiæ Hydrargyri ex corpore eliminentur. Specifica confirmata (§. VII.) cum utplurimum ſub regimine multum ſudorem ex hominibus exprimente uſurpabantur, hinc quidam hæc ipſa exhibebant, alii ſudoriferis diverſis utebantur, alii utraque adminiſtrabant. Nonnulli ſudorifera modo ceu præparatoria conſulebant, quidam per totam curæ periodum adjungebant, quos ultimos ſigillatim enumerare piguit. Sudorifera igitur varia Mercurio vel præmittebant vel jungebant, VICTORIUS, FERRERIUS, BORGARUTIUS, BRUCÆUS & BATTUS, LOWE, QUERCETANUS, VARANDÆUS, CORTILIO, GUYON, SENNERTUS, JUNCKER, VIGIERIUS, MAJOR & SCHIPPEL, ETTMÜLLER, UCAY, PURMANN 69), JACKSON 70), GOHL, WEISBACH, ALBERTI & HAVIGHORST 71), SCHROMMIUS 72), A. WEDEL & SLEVOGT, BAUMLER, FEUERLIN 73),

69*) Matth. God. Purmann, Chir. Vratisl. *ausführlicher Bericht, wie die Salivations-Cur vorzunehmen &c.* Bresl. 1692.

70) Joſ. Jackſon, Angl. Chimiatr. *Enchiridion medicum*, prius Amſt. 1697. mihi Norimb. 1716. edit.

71) Mich. Alberti, de quo ſupra §. XVI. not. 24. & Joh. Havighorſt Diſſ. *de ſingulari Mercurii dulcis uſu in deſperatis quibusdam morbis.* Halæ Magd. 1745.

72) J. Frid. Schrommius, Cheilshem. Onoldin. Diſſ. *de Æthiope minerali.* Altorf. 1725.

73) Ge. Chriſt. Feuerlin, M. D. Heilbronn. *Commerc. Litt. Norimb.* a. 1736. Hebd. XXIX. Obſ. II.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0041-5

Yvo Stahl & Feinler, Kniphof 74), Hilscher 75), Stenzel & Klipsch, Büchner & Franck, Ludolf & Grass 76), Hundertmarck, Büchner & Tellgmann, Bourru; liceat & huc illos referre, qui Balneorum uſum commendabant, Mattot & Guerin, Anonymum Gallum 77), Calmette, Garnier, Vercellonum, Alliot & Leaulte', Bailly & Fremont, Desault 78), Haguenot 79), Astruc, Opt. Parentem, Guisard 80), Alberti & Schrimpffium, de Pellerin 81), Anonymum Germanum 82), Fabre ad mentem Petiti, le Nicolais de Saulsay 83), Goulard 84), Coste, Bromfeild, Pomme, Platner, Royer, Rondeletium, qui ſtupham propoſuit. Pertinent huc porro iſti, qui Sudorifera varia & Balnea juncta commendaverunt, Mayerne, Zwinger, von Lindern, Fr. Hoffmann, Voisin 85), Barry 86), W. C. Hoffmann, Scharschmidt, Boer-

74) Joh. Hier. Kniphof, Prof. Med. Erf. *Act. Phyſ. Med. Ac. N. C.* T. V. Obſ. XVI.

75) Sim. Paul. Hilſcher, Pr. Med. Proluſ. *de inſigni Faucium tumore & angore moleſtiſſimo circa Salivationem Mercurialem ſymptomate evitando.* Jenæ 1741.

76) Hier. Ludolf, de quo ſupra §. II. not. 28. & Petr. Chr. Graſs, Diſſ. *de Mercurio in Alcali ſoluto tutiſſimo Specifico Antivenereo.* Erford. 1747.

77*) Anonymus Gallus *les Opérations de Chirurgie, avec un Traité des Maux Veneriens.* Paris 1688.

78) Petrus Deſault, Pr. Med. Burdigal. *Diſſert. ſur les Maladies Veneriennes*, prius Burdigal. 1733. mihi Paris 1738. excuſ.

79*) Henr. Haguenot, Pr. Med. Monſp. *Memoire, contenant une nouvelle Methode de traiter la Vérole.* Montpel. 1734.

80) Petr. Guiſard, M. D. Monſp. *Eſſais ſur les Maladies Veneriennes.* à la Haye 1740. mihi Paris 1743. excuſ.

81) Jord. de Pellerin, Med. Fac. Londin. olim nomen Grimaldi adſciſceb. *a Treatiſe of the venereal maladies &c.* Lond. 1750. cito *Göttinger Zeitung auf das Jahr* 1751. p. 445.

82) vid. ſupra §. XII. not. 21.

83) le Nicol. du Saulſay, D. M. Fougerian. *Journ. de Medecine.* T. X. p. 239.

84) Goulard, Pr. Med. Monſp. *Remarques & Obſervations pratiques ſur les Maladies Veneriennes.* à Pezenas & Montpel. 1760.

85) Bened. Voyſin, D. M. Sabaudus, *le Medecin familier & ſincère.* à Turin mihi 1747. excuſ. prior vero edit. Ital. idiom. ibid. 1741. prod.

86) Ed. Barry, Corcagienſ. *Eſſay & Obſervations de la Société d'Edimbourg.* T. III. p. 394. & T. IV. p. 32.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0042-1

HAVE, BEHR 87), LUDWIG, LANGHANS. Qui ſudorifera dein & ſtupham laudaverunt, ut GYNONGYÖSIUS, & BASSIUS. Qui Balnea & potum diluentem, qualis eſt MARTEAU & CHESNEAU, LIEUTAUD, JAUBERTHOU, qui Balnea mox tepida mox frigida & potum aquæ nive refrigeratæ extollit, ROSENSTEIN, ac denique CLERC 88), qui ſudorifera Balneaque humida ac vaporoſa celebrat. Sudorifera, quorum alia leniora, alia vehementiora erant, varia ſubjungebant Mercurio LOWE, CLAUDINUS, VARANDÆUS, MAYERNE, WISEMANN 89), ETTMÜLLER, UCAY, OVERCAMP, LISTER, R. CAMERARIUS & CASPAR, JACKSON, GOHL, ALBERTI & SCHRIMPFF, GRAINGER 90), LIEUTAUD, PLATNER, BOURRU. Sola annectebant Balnea TURNER, VENER. AVUS & PARENS, BEHR; Stuphas MAYNARDUS 91), BROCARDUS, PERDULCIS, PLATER, SENNERTUS, A GULDENKLEE, TURNER robuſtis. Sudorifera varia & Balnea juncta BRASSAVOLUS, VERCELLONUS, SCHARSCHMIDT, LUDWIG, BROMFEILD; Sudorifera tandem, Balnea & Stuphas indiſcriminatim ZWINGER. Balnea tepida prudenter cum Mercurio combinata lubenter concedo; ſed horreo omnino, quando ægros ſumme debilitanti ſalivationi ſubjiciendos aut ſubjectos validiſſimis ſudoribus vix non totos proſterni lego; haud miror plurimos, qui olim curam Mercurialem ſubibant, per omnem vitam ſtigmata inde impreſſa circumtuliſſe; ſed id miror ullos extitiſſe, qui ſub his tormentis non ſuccubuerint. Rectiſſime omnino PIGRAY, SEPTALIUS, SYDENHAM, CAL-

87) G. Heinr. Behr, M. D. Arg. *Medicina conſultatoria*. Augſp. 1751.

88) Clerc, olim Med. caſtrenſ. in Germania, *Hiſtoire naturelle de l'homme.* Paris 1767.

89*) Rich. Wiſemann, Angl. Chir. Reg. *Several Chirurgical Treatiſes*. Lond. 1676.

90) Jac. Grainger Diſſ. *de Modo excitandi Ptyaliſmum, & morbis inde pendentibus*. Edimb. 1753. XXXII. Coll. pract. Haller.

91**) Petr. Maynardus, Pr. Med. Patav. *de Morbis Venereis*. 1518.

METTE, VALLISNERIUS 92), FR. HOFFMANN & VAN DEN VELDE, GARNIER, ASTRUC, ALBERTI & SCHRIMPFF, BORELLUS & SIBECKER 93) medicamenta ſudores elicientia exulare juſſerunt.

## §. XVII.

Licet E. STAHL & ISAAC 1), VERCELLONUS, CAMERARIUS & BREYER, MEAD, BÜCHNER & FRANCK Hydrargyri uſum externum diſſuaſerint, tamen is frequentiſſime & ſub diverſiſſima ratione obtinuit. Pararunt inde ſuffitus, ut medicamentum in vapores reſolutum altius penetret; MAYERNE contendit inde curatos fuiſſe, quibus ſine ſucceſſu decocta Lignorum fuerunt porrecta & ſalivatio excitata: hanc methodum ſub initiis ſæc. XVI. in uſum tractam eſſe ex BOLOGNINO 2) patet; fuerunt, qui Mercurium ſub forma vaporum in genere propoſuerunt, ut DE HERY, H. MONTULS, FRACANTIANUS, BRUCÆUS & BATTUS, ANT. SAPORTA, FRAXINOLA, PAREUS, CLOWES 3), BRUELE, WIERUS, MERCURIALIS, GHINUS, CAPIVACCIUS, SAXONIA, MASSARIAS, BASTELLUS, J. SAPORTA, DE TORREZ, GUILLAUMET, HARTMANN, CHARLES, KNOBLOCH, COLLE, FERDINANDUS, WEICKHARD, HORSTIUS, ZACUTUS, SARTORIUS, MAJOR & SCHIPPEL, SPARR, FRIESS & ORTLOB 4), M. B. VALENTINUS 5), HERREN-

92*) Joſ. Valliſnerius, Regienſ. Princip. Eſtenſ. Arch. *vera Methodus, Celtica Lue affectos ſanandi.* 1693.

93) Phil. Jac. Borellus, Pr. Med. & Henr. Guil. Sibecker Diſſ. *de Salivatione artificiali.* Marburg 1752.

1) G. Ern. Stahl, de quo ſupra §. II. not. 24. & J. D. Iſaac Diſſ. *de Salivatione Mercuriali aliis præter Luem Veneream morbis rebellibus extirpandis pari.* Hal. Magd. 1710.

2*) Ang. Bologninus, Prof. M. Bonon. *de Unguentis.* Bonon. 1507.

3*) Wilh. Clowes, Angl. Chir. Reg. *Treatiſe concerning the cure of the French Pockes &c.* London 1575.

4*) Mart. Fr. Frieſs, Pr. Med. & J. F. Ortlob Diſſ. *de Salivatione.* Lipſ. 1684.

5) Mich. Bernh. Valentinus, Prof. Med. Gieſſ. *Praxis infallibilis*; prius Francof. 1711. mihi ibid. 1721. impr.

SCHWANDT,

SCHWANDT, DIONIS & GEVIGLAND, CHEVALIER, LIEUTAUD, THIRION, GARDANE. HEUERMANN per exhalationes Mercuriales unguenti vel ſimpliciter in conclavi eodem detenti, aut ſocietate cum hominibus, qui eodem tempore inunguntur, Luem tolli poſſe ſibi perſuadet. Mercurium cum plumbo amalgamavit MAYERNE, ſulphur iidem commiſcuerunt RANGONUS, JAC. SYLVIUS 6), LOBERA, CHALMETEUS, BETERA, LOWE, RUDIUS, PLATERUS, CORTILIO, JUNCKER, MAYERNE, TURNER, Indi referentibus FÜRSTENAU & PAXMANN, CHEVALIER & LE THIEULLIER, HEUERMANN. Varii Hydrargyro alias junxere ſubſtantias, quorum acres vapores illorum Mercurii vim penetrandi augeant; Cinnabari Præcipitatum adjecit ALCAZAR, Mercurium ſublimatum CHALMETEUS, SENNERTUS, Antimonium SARTORIUS, GOCKELIUS. Nec deleterii quos Auripigmentum aut Arſenicum rubrum fundunt vapores, retinere valuerunt Auctores, quin ipſa Cinnabari addiderint MATTHIOLUS, LOBERA, FALLOPIUS, RONDELETIUS, CHALMETEUS, BASTELLUS. His commiſcuere Marcaſitam FERRERIUS, PETRONIUS, SEPTALIUS Antimonium adjiciens. Præcipitatum rubrum ZECCHIUS, Præcipitatum & Sublimatum PLATER. Reſinoſos & Aromaticos Vapores junxere FERRERIUS, MACHELLUS, M. J. PASCHALIS, FALLOPIUS, RONDELETIUS, BOTALLUS, PETRONIUS, BASTELLUS, PERDULCIS, SEPTALIUS, DE LE BOE SYLVIUS, DOLÆUS, UCAY, MUSITANUS, GARNIER, plurimi autem horum, ob graviſſima quæ hanc Mercurium adminiſtrandi rationem comitari ſequique ſolent ſymptomata, ad eandem trementes, nec niſi in caſu maxime deſperato confugerunt. Nullus quem ego ſaltem noverim, MUSITANO, MARTEAU & CHESNAU, CHEVALIER & le THIEULLIER aſſentitur hanc medendi rationem

6*) Jac. Sylvius, Pr. M. Pariſ. 1) *de Ordine in legendis Hippocratis & Galeni Libris.* Lutet. 1539. 2) *Methodus componendi Medicamenta.* ibid. 1541. 3) *Iſagoge in Hipp. & Galeni Phyſiolog.* ibid. 1555.

reliquis præferentibus. Hujus loci non eſt, recenſere multis, quam pernicioſum ſit Mercurium tali ratione adminiſtrare, ut præ reliquis largius capiti & pectori impingatur, nobiliſſimis viſceribus vapores acerrimi obtrudantur, globuli Mercuriales in membranis viſcerum, vaſorum nervorumque ſubſiſtere queant, ſed id modo notamus, hujus methodi pericula & incommoda notaſſe, eamque juſtiſſime rejeciſſe Cataneum, J. Benedictum, Fracastorium, Loberam, Vidum Vidium, Victorium, Brassavolum, Dordonum, Frizimelicam, Tomitanum, Peredam, Pigray, Laurentium, Calvo, Cæsalpinum, Pacium, Mercatum, Varandæum, Guarguantum, Ranchinum, Wynell, W. Wedel & Loew, Loss & Rebentrost, Albinum & de Horn 7), Vesti & Eckmann 8), Alliot & Leaulte', Chr. Joh. Langium 9), Boschetti 10), Dibon, Astruc, Deidier 11), von Lindern, Peaget & Dionis 12), Fr. Hoffmann, a Brunn; mortem inde ſecutum narrant Petronius, Sennertus, Zacutus; exemplis pericula docet Stisser 13), ſuo tempore eviluiſſe Blancard & Ettmüller notant, denuo increbuiſſe Guisard dolet, numeroſis Pariſiis inſtitutis experimentis quoſdam morti traditos, paucos ſanatos teſtatur Astruc. Improbant denuo W. C.

7*) Bernh. Albinus, Pr. Med. Franc. ad Viadr. Lugd. B. & Conr. de Horn Diſſ. *de Salivatione Mercuriali.* Francof. ad Oderam 1689.

8) Juſt. Veſti, Pr. Med. & G. Gottl. Eckmann Diſſ. *de Uſu & Abuſu Medicamentorum Mercurialium.* Erford. 1705.

9) Chr. Joh. Langius, M. D. Lipſ. *Opera omnia.* Lipſ. 1704.

10) Barth. Boſchetti, M. D. Vincentin. Diſſ. *de Salivatione Mercuriali phyſ. medic. mechan.* prius Venetiis 1722. mihi Pariſ. 1732. recuſ.

11) Ant. Deidier, Pr. Med. Monſp. Diſſert. *de Morbis Venereis.* Montep. 1723. mihi Gall. Verſio Pariſ. 1735. impr. inſervivit.

12*) Mich. Peaget, D. M. & Carol. Dionis Q. M. *An Luis Venereæ Curationi per Frictum potius, quam per Suffitum faveant medicæ Obſervationes?* Pariſ. 1738.

13) Joh. Andr. Stiſſer, Pr. Med. Helmſt. *Acta Laboratorii chemici.* Helmſt. 1690. 1693. & 1698. in tribus Speciminibus edita.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0046-4

Hoffmann, Büchner & Franck, Key 14), Boerhave, Anonymus Germanus 15), Borellus & Sibecker, Grainger, Hundertmarck & Bergmann, Missa & Despatureaux, Anonymus Gallus 16), Rosenstein, de Horne.

## §. XVIII.

Mercurium ſubſtantia quadam viſcida, ſaliva, albumine ovi, pinguibus in exiguos globulos diviſum, & ita ut à vaſis cutaneis poſſit abſorberi, aptum redditum, adhibuerunt plurimi (Quercetanus, Vigierius, Musitanus ſucco limonum illum ſubegerunt) idque vario modo. Sub forma Cataplaſmatis plantis pedum imponendi Magnatibus Hiſpanis in more eſſe Beraldus apud Mayerne 1) notat: quam methodum Borellus & Sibecker rident. Carpis & Tarſis in formam Armillorum applicandi Sennertus, Albinus & de Horn, Dibon; Lumbis ſub forma cinguli circumponendi Sennertus, de le Boe Sylvius, Gokelius, Blancard, Albinus & de Horn; improbatur autem ab Hildano, Bartholino 2), Angelo Sala 3), Jalon 4), Vesti & Eckmann, Boschetti, Rauch 5), von Lindern, qui ab ipſo horrenda ſymptomata ſuſcitata fuiſſe narrat, W. C. Hoffmann, Borello & Sibecker, Bassio. Sub forma Emplaſtri vel Cerati,

14) Georg. Key *Diſſertation on the effects of Mercury in human bodies.* Lond. 1747. cito *Boerh. Meth. ſtud. Med.* ed. Hall. T. II. p. 955.
15) §. XII. not. 21.
16) §. IX. not. 3.
1) Beraldus, Operator Chirurgus, allegatur apud Mayerne, de quo ſupra §. II. not. 22.
2) Thom. Bartholinus, D. M. Hafnienſ. *de Medicina Danorum domeſtica.* Hafn. 1666.
3) Angelus Sala, Ital. Medicin. in Belgio fecit. *Opera omnia.* Frf. 1685.
4) Paul. Jalon, Med. Metenſ. *E. N. C.* Dec. II. Ann. VI. Obſ. 109. p. 204.
5) Joh. Georg. Rauch, Wisbad. Naſſoic. Diſſ. *de Mercurii Uſu & Abuſu.* Marburg. Cattor. 1727.

quo plurima loca interdum totum corpus obtegebant; VELLA, J. BENEDICTUS, DE VIGO 6), MASSA, RANGONUS, FONTANONUS, LOBERA, VIDUS VIDIUS, DE HERY, RONDELETIUS, CHALMETEUS, SAPORTA, PAREUS, WIERUS, DE LEON, PERDULCIS, CORTILIO, qui tibialia inde formata ægrotantibus induit, GUILLAUMET, CHARLES, GUYON, RANCHINUS, SENNERTUS, FERDINANDUS, WEICKARD, MAYERNE, SPARR, CHRISTINUS, BLANCARD, ALBINUS & DE HORN, GARNIER, RAUCH. Camphoram hujus generis curationi adjecerunt BRASSAVOLUS & VARANDÆUS, Mercurium ſublimatum MATTHIOLUS & FERRERIUS: cum conſiſtentia Emplaſtri efficiat, ut difficilius Mercurius reſorbeatur, id quod jam SENNERTUS & FERDINANDUS monent, hinc illorum uſui inunctiones interponendas eſſe CHALMETEUS & SPARR autumant, ſuffitus vero GARNIER; In totum relegavere PETRONIUS, LOWE, QUERCETANUS, PIGRAY, PLATER, GUARGUANTUS, SARTORIUS, ASTRUC, qui egregie tardæ & incertæ eorum actioni incommoda, quæ ab applicatione Emplaſtrorum in genere ſurgunt, addit.

## §. XIX.

Ut Mercurius extinctus facilius vaſa cutanea ſubire queat plurimi Auctores illi formam Unguenti induxerunt, & adjecta frictione, ut citius reſorbeatur, effecerunt. THEODORICUS ſæc. XIII. Auctor hanc medendi rationem jam propoſuit, quam BERENGARIUS Carpus 1) potius reſuſcitavit, quam invenit, ut vult FALLOPIUS. Mitto hic illos, qui Unguenta Mercurialia tanquam topica modo, ut ulcera curarent, adhibuerunt, inter quos multos ex primis, qui morbum tractarunt, reperio: hanc autem ra-

6**) Joh. de Vigo, D. M. Chir. Jul. II. Pontif. *Practica copioſa in Arte chirurgica.* Romæ 1514.

1*) Jac. Berengarius, Carpus a Fallopio allegatur, de quo ſupra §. II. not. 38.

tionem omnino illi, de qua nunc ſermo eſt, originem dediſſe probabile eſt. Inunctionem igitur vel inſtituere vel laudavere HOCK, CATANEUS, BOLOGNINUS, VELLA, J. BENEDICTUS, ALMENAR, VIGO, BROCARDUS, MAYNARDUS, A BETHENCOURT, FRACASTORIUS, MASSA, J. PASCHALIS, MATTHIOLUS, FERRUS, RANGONUS, JAC. SYLVIUS, GALLUS, DE HERY, RINIUS, BRUNELLUS & DESCHAMPS, VIDUS VIDIUS, VICTORIUS, BRASSAVOLUS, FERRERIUS, TRINCAVELLIUS, AMATUS, M. J. PASCHALIS, FALLOPIUS, BAYRUS, MONTUUS, RONDELETIUS, CHALMETEUS, BOTALLUS, FRACANTIANUS, PETRONIUS, BORGARUTIUS, DORDONUS, BRUCÆUS & BATTUS, ANT. SAPORTA, RIGAULT & RIOLANUS, FRAXINOLA, ALCAZAR, PAREUS, CLOWES, PEREDA, BRUELE, WIERUS, ZECCHIUS, MERCURIALIS, LAURENTIUS, GHINUS, CAPIVACCIUS, BETERA, CALVO, FORESTUS, LOWE, SAXONIA, MASSARIAS, SEGUYN & RABAULT 2), BASTELLUS, JOH. SAPORTA, DE TORREZ, CÆSALPINUS, QUERCETANUS, RUDIUS, MERCATUS, DE LEON, PERDULCIS, PIGRAY, HILDANUS, PLATER, VARANDÆUS, CORTILIO, J. HARTMANN, CHARLES, SEPTALIUS, GUYON, RANCHINUS, UNZER 3), KNOBLOCH, COLLE, FERDINANDUS, JUNCKER, WEICKARD, HORSTIUS, ZACUTUS, JONSTON, WISEMANN, SARTORIUS, BOUJONNIER & PATIN 4), MAYERNE, GULDENKLEE, VIGIERIUS, TRUMPHIUS & CAPELLE 5), DE LE BOE SYLVIUS, MAJOR & SCHIPPEL, SPARR, CHRISTINUS, SENNERTUS, SYDENHAM, W. WEDEL & LÖW, LOSS & REBENTROST, GOKELIUS, BAGLIV, BLANCARD, FRIESS &

2*) Petr. Seguyn, D. M. Fac. Par. & Ant. Rabault Q. M. *An ut Lepræ ſic Lui Venereæ Hydrargyroſis?* Pariſ. 1598.

3*) Matthi. Unzer, D. M. Halenſ. *Anatomia Mercurii ſpagirica.* Hal. Sax. 1620.

4*) Franc. Boujonnier, D. M. & Robert. Patin Q. M. *Eſtne certa & optima Luis Venereæ per ſolam Hydrargyroſin Curatio?* Lutet. 1649.

5*) J. G. Trumphius, Med. Lt. Goslar. Saxo. & Bernh. Chr. Capelle Diſſ. *de Salivatione Mercuriali.* Jenæ 1668.

ORTLOB, DOLÆUS, ETTMÜLLER, ANONYMUS GALLUS 6), LE MONNIER 7), CALMETTE, VALLISNERIUS, MUSITANUS, GARNIER, PURMANN, LANZONUS, JACKSON, JOHRENIUS & EISENER, HELVETIUS 8), ZWINGER, M. B. VALENTINUS, GOHL, WEISBACH, HARVY apud TURNERUM, TURNER, ALLIOT & LEAULTE', CHICOYNEAU & PELISSERY 9), WILLOUGHBY 10), DIBON, DEIDIER, FREIND 11), RAUCH, HEISTER & SCHMID 12), A. WEDEL & SLEVOGT, BAUMLER, RAIBERTI, VON LINDERN, DESAULT, HAGUENOT, ASTRUC, DOUGLAS 14), ANONYMUS ANGLUS 15), DE ROTUNDIS, GUISARD, KNIPHOF, VOISIN, HILSCHER, RABOURS & CANTWELL 16), MIDY & DESBOIS, STENZEL & KLIPSCH, KEY, W. C. HOFFMANN, BÜCHNER & FRANCK, SCHLICHTING, LA MURE 17), SCHARSCHMIDT, STOCK & BECKER 18), CONNALIUS Ò CONNEL

6) §. XVI. not. 77.

7*) L . . Le Monnier *nouveau Traité de la Maladie Venerienne.* Paris 1689.

8*) Adrian. Helvetius Batav. Phil. Ducis Aurel. Med. *Methode pour traiter la Verole par les frictions & les ſueurs.* à la Haye 1710.

9*) Franc. Chicoyneau, Pr. Med. Monſp. & Ant. Peliſſery Q. M. *An ad curandam Luem Veneream Frictiones Mercuriales in hunc finem adhibendæ ſint, ut Salivæ fluxus concitetur?* Monſp. 1718.

10*) C. Willoughby, D. M. Anglus, *the Practice of Salivating.* Lond. 1723.

11) Joh. Freind, Medic. Caſtrenſ. in Hiſp. poſtea Arch. Angl. *Hiſtory of Phyſick from the time of Galen to te beginning of the ſixteenth Century.* Pars I. Lond. 1725. Pars II. 1726. Adhibui *Opera omnia* Lat. Ling. conſcr. Lutet. 1735. excuſ.

12*) Laur. Heiſter, Pr. Med. & Joh. Jac. Schmid Diſſ. *de Chirurgorum Erroribus in curandis Morbis Venereis.* Helmſt. 1728.

13*) Joh. Hon. Raiberti, Pr. Med. Roman. *Diſſertatio medica de Morbis Venereis.* Romæ 1732.

14*) Joh. Douglas, Chir. Lond. tres Diſſertationes ſcripſit Anglo Idiom. *de Lue Venerea* agentes, prior. Lond. 1737. poſt. 1739. excuſ. fuer.

15*) Anonymus Anglus *Letter from a Phyſician abro ad to a Gentlemann in London.* 1738. Lond.

16) Ged. de Rabours, de quo ſupra §. XVI. n. 23. & Andr. Cantwell. Q. M. *An Ptyaliſmus Frictionibus Mercurialibus provocatus perfectæ Luis Venereæ Sanationi adverſetur?* Pariſ. 1741.

17) La Mure QQ. MM. pro vacante Cathedra. Monſp. 1749.

18) Jo. Chr. Stock, Pr. Med. & Wolfg. Mich. Becker Diſſ. *de Lue Venerea.* Jenæ 1751.

19), Anonymus Germanus 20), Borellus & Sibecker, Chevalier, Cairnoan 21), Grainger, Missa & Despatureaux, Raisin 22), Cordet 23), Tilloloy 24), Ludwig, Fabre ad mentem Petiti, Esteve 25), le Nicolais du Saulsay, Goulard, Coste, Fichet de Flechy 26), Bromfeild, Dossie', Mauran 27), Leautaud 28), Langhans, Bassius, Pomme, Fordyce, Sauvages 29), Anonymus Gallus 30), Broklesby 31), Hirschel, Lieutaud, Platner, Wathen 32), Robin du Saugey 33), Jauberthou, Clerc, Heuermann, Rosenstein, Thirion, Houstet 34), Munnicks, Gardane, Pouppe' des Portes 35). Sed etiam fuerunt qui varia Mercurio addendo linimentum efficacius reddere tentarunt, aromata & reſinas Rinius, M. J. Paschalis,

19) Connalius a Connel Diſſ. *de optima tutiſſimaque Luem Veneream radicitus extirpandi methodo.* Lugd. B. 1751. cito Comment. Lipſ. T. I. p. 565. & ſq.
20) vid. §. XII. not. 21.
21) Jac. Cairnoan, Hibernus, Diſſ. *de Morbo Venereo.* Lugd. Bat. 1753.
22) Rud. Jerem. Raiſin, D. M. Montisb. *Journ. de Med.* T. V. p. 435.
23) Cordet, Chirurg. (à St. Pere en Retz) *Journ. de Med.* T. VI. p. 149.
24) Tilloloy, Chirurg. Xenod. (à Domart le Ponthieu) *Journ. de Medecine* T. VII. p. 224.
25) Lud. Eſteve, D. M. M. QQ. Ch. Ch. pro vacante Cathedra. Monſp. 1759. cito Comm. Lipſ. T. IX. p. 42.
26) Ph. Fichet de Flechy, Pr. Med. Par. *Obſervations ſur différens Cas ſinguliers relatifs à la Medecine pratique, à la Chirurgie, aux Accouchemens & aux Maladies Veneriennes.* Paris 1761.
27) Mauran, Chir. Martig. in Gall. Prov. *Journ. de Med.* T. XVI. p. 552.
28) Leautaud, Chir. Arleſ. *Journ. de Med.* T. XVI. p. 552.
29) Fr. Boiſier de Sauvages, Prof. Med. Monſp. *Noſologia methodica.* Amſtelod. vere Genev. 1763.
30) vid. §. IX. not. 3.
31) Rich. Brocklesby, Med. Lond. *Œconomical and Medical Obſervations.* Lond. 1764. cito *Vogels neue mediciniſche Bibliothek.* T. VI. p. 325.
32) Jon. Wathen, Chir. Lond. *Practical Obſervations, concerning the Cure the Venereal Diſeaſe.* Lond. 1765. cito *Götting. Zeit. aufs Jahr* 1766. p. 231. & Commentar. Lipſ. T. XIV. p. 324.
33) Robin du Saugey *Journ. de Medecine*, T. XXIII. p. 43.
34) Houſtet, Acad. Chir. Pariſ. Conſil. *Memoires de l'Acad. Roy. de Chir.* T. IV. p. 141.
35) Pouppé Desportes, Med. ab anno 1732. ad annum 1746. in Promontorio Gallorum (Cap François), *Hiſtoire des Maladies de St. Domingue.* Par. 1770.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0051-1

FALLOPIUS, BAYRUS, RONDELETIUS, CHALMETEUS, BOTALLUS, BORGARUTIUS, BRUCÆUS & BATTUS, PAREUS, BASTELLUS, QUERCETANUS, RUDIUS, PERDULCIS, HILDANUS, PLATER, VARANDÆUS, SENNERTUS, MAYERNE, A GULDENKLEE, VIGIERIUS, DE LE BOE SYLVIUS, SPARR, CHRISTINUS, W. WEDEL & LÖW, BLANCARD, ZWINGER, RAUCH, ALBERTI & SCHRIMPFFIUS, VOYSIN, BUCHNER & FRANCK, BORELLUS & SIBECKER, LANGHANS. Mercurium ſublimatum MATTHIOLUS, CHALMETEUS, CORTILIO, BLANCARD, LANZONUS, JACKSON admiſcent, in quo à GUARGUANTO graviter reprehenduntur; Camphoram autem MATTHIOLUS, BRASSAVOLUS, MISSA & DESPATUREAUX, RAISIN, CORDET, TILLOLOY, ANONYMUS GALLUS 36), CLERC, (ſingularia quoque à Butyro Cacao expectans) hæc autem methodus jam FRACANTIANO diſplicet, quia vim refrigerantem Camphoræ tribuit. Illos, qui ſuperflua aut inertia adjecere, qualia ſunt unguinoſa varia, Cinnabaris, varii Saturni calces, enumerare nolui; libenterque etiam diſtinctioni à partibus inungendis deſumendæ ſuperſedeo. Non levis eſt omnino illorum numerus, qui frictiones ſ. Hydrargyroſin rejecerunt, damnarunt. In caſu maxime deſperato & omnibus fruſtra tentatis ægre concedunt FERRUS, AMATUS, PASCHALIS, PEREDA, WIERUS, CAPIVACCIUS, MASSARIAS, BASTELLUS, SENNERTUS, MAJOR & SCHIPPEL, WISEMANN, GULDENKLEE, W. WEDEL & LÖW, BAGLIV, MUSITANUS, TURNER. BRANT, TORELLA abſolute illam rejiciunt, ſophiſtica AQUILANO videtur, deleteria VOCHS, acerbiſſima HUTTENIO, PHRISIO, L. FUCHSIO, FRIZIMELICÆ, TOMITANO, CRATONI, inſecura PACIO, diabolica GUARGUANTO, infenſa WYNELL, SORBAIT 37), THUILLIER 38),

36) §. IX. not. 3.
37*) Paul de Sorbait, Prof. Med. Vienn. *Praxis medica.* Vienn. 1678.
38*) Carol. Thuillier, Med. Pariſ. *Obſervations ſur les Maladies Veneriennes.* Rouen 1684.

quanti-

quantitatem Mercurii indeterminandam dolet Ucay, Overcamp, vilipendit Gaukes, Chr. Joh. Langius, Vesti & Eckmann, Stussius & Gemeinhardt 39), Boschetti, Sigogne, Dubois 40), Pointet 41), Belloste 42), Waldschmidt 43), Fourneau & Barfecnecht 44), la Mettrie. Mead mercuriales globulos facile interſtitiis fibrarum aut cellulis oſſium impactos manere, & majorem præ iſto, qui ſalibus acuatus intus exhibetur, quantitatem requiri objicit, repugnat porro Robinson, Herrenschwandt, qui ſcrupulum Mercurii dulcis intus aſſumti plus quam drachmam Mercurii extus illiti valere docet, Vener. Pater graviſſima inde obſervans ſymptomata, a Brunn, Marteau & Chesnau, Boerhave, Chevalier & le Thieullier, Hundertmarck & Bergmann, Bernhardt 45), Venel & Drilhon 46), Plenck, de Horne. Et fateor omnino mihi ſupra notata argumenta Meadii ita ponderoſa videri, licet ea refellere conatus ſit Astruc, ut ego ſaltem frictionum uſum rariſſime ſuadere auderem. Quantis periculis ſuos expoſuerunt ægros illi, qui talia loca inungebant, quibus copioſi nervi aut nobilia viſcera ſubjecta erant, quantum

39) J. G. Stuſſius, M. D. & J. Caſp. Gemeinhardt Diſſ. *de Ægro Pudendagra contracturali laborante.* Jen. 1716.

40) Petr. Viol. du Bois, Chir. Pariſ. *nouveau Traité des Maladies Veneriennes.* Paris 1725.

41*) N. Pointet, Chir. *Remarques & Obſervations ſur les Maladies Veneriennes.* Paris 1725.

42*) Auguſt. Belloſte, Chir. Par. *Suite du Chirurgien de l'Hôpital.* Par. 1724.

43) J. J. Waldſchmidt, Pr. Med. Marp. *Opera medico-practica*; prius 1682. mihi Francof. 1695. excuſ.

44) Jac. Fourneau, D. M. & Otto Caſim. Barfecnecht, Q. M. *An tutiores Frictionibus ex Mercurio jucundioresque viæ ſint ad profligandam Luem Veneream?* Pariſ. 1732.

45) Chr. Bernhardt *Verſuch, aus Vitriol, Salpeter, Ofenruß, Queckſilber, Arſenick &c. kräftige Arzneyen zu machen.* Leipz. 1755.

46) Gabr. Franc. Venel, Prof. Med. Monſp. & Jac. Franc. Drilhon, Q. M. *de innocentia, ſufficientia, utilitate, præſtantia Hydrargyroſis ex Compoſitis Mercurialibus Salinis intus exhibitis, in Curatione Morborum Venereorum.* Piſcenis 1764.

circulationis leges ignorarunt, qui omni corpori aut ſaltem pluribus ejus partibus Mercurium affricandum eſſe putarunt, ut totum corpus penetrare poſſit, ſtatim ſub oculos cadit.

## §. XX.

Fuerunt etiam Auctores, qui Mercurium Acido Salis ſolutum & ita in aqua ſuſpenſum commendarunt, fuerunt, qui eum topico ſcopo ad ulcera adhibuerunt, ut Torella, Hock, Ferrus, Lobera, Rinius, Brassavolus, Renner; fuerunt, qui corpus eodem lavando, Mercurio intus recipiendo aditum parare ſtuduerunt, & hoc pacto morbum debellari poſſe autumarunt; refero huc Matthiolum, Ferrerium, Platerum, Weickardum, Blancardum, Dibon, Gataker 1), Anonymum apud Horstium, qui Sublimato Arſenicum & Euphorbium nubit. Dum Mayerne Mercurium dulcem in aqua diſſolvere jubet, talia præcipit, quæ fieri non poſſunt. Meum ſi licet de hac cura proferre judicium, lubens fateor, illam mihi non multum arridere. Sepono nunc omnem de Corroſivi præconcepta virulentia opinionem vitiis topicis æquo animo condono ejus ad cutis morbos egregium uſum externum jam dudum edoctus, at vires in corporis interiora paucas expecto. Saturatior remedii forma cutim lædet, diluta nimis debilis. Nec iſtud Unguentum, quod ſolum Sublimatum continet Sartorio amatum magis blanditur. Veſtra erga ad inſignia juro, qui merito illum damnatis, Petroni! Albine & Horn! Waldschmidt! W. C. Hoffmann! Borelle! & Sibecker, Bassi, Pibrac 2), de Horne, Gardane.

1) Thom. Gataker, Chir. Reg. Angl. 1) *Obſervations on venereal complaints and on the method recommended for their cure.* 2) *Eſſay on medical ſubjects originally printed ſeparately.* Lond. 1764. cito *Gött. Zeit.* 1765. p. 512.
2) Pibrac, Ac. Chir. Pariſ. Conſil. *Mem. de l'Ac. Roy. de Chir.* T. IV. p. 153.

## §. XXI.

Externum Mercurii uſum licet interno præferant plures quos citavi Auctores ac Freind, Garnier, Deidier, eum certiorem eſſe aſſerant, Astruc autem omnem lapidem movere & illum omnino præferendum eſſe probare nitatur, multi tamen fuerunt aliter ſentientes, & Astruccii argumenta facile quisquis juſtus æſtimator refellet, ac illum innumeræ refutant obſervationes. Fuerunt, qui Hydrargyrum nullis Salibus mixtum, ſed crudum exhibuerunt, & quidem relictis omnibus ſubſtantiis aliis, niſi talibus, quæ ipſum ita diviſerunt, ut potuerit in ſanguinem recipi. Pertinent huc Mayerne, Riviere 1), Stahl & Feinler, Ranchinus, Colle, Weickard, Albinus & de Horn, Brun 2), à Montuo acriter perſtricti, nec multum à Fracastorio, Sartorio, Ucay, Guisard, Alberti & Schrimpffio ac Graingero laudati. Liceat huc referre Pulverem ex Mercurio cum Saccharo trito, quem commendant Albinus & de Horn, Hundertmarck & Bergmann. Mercurium trituratione cum Aqua in pulverem nigrum redactum, quem Key & Jacobi 3) proponunt, qui ultimus huic remedio adhuc æthiopis ſpeciem jungit. Hydrargyrum cum lacte decoctum, ſcopo ſalivatorio W. C. Hoffmann exhibuit. Cum Gummi Arabico varia ſub forma junctum Plenck, quod remedium cum ſucceſſu à Menghino adminiſtrari Canestrini teſtatur, egregio cum fructu Kæmpf 4) adhibuiſſe narrat, improbant Hirschel, Munnicks, vix morbo le-

1) Guill. Riviere, D. M. Monſp. QQ. Chym. pro vacante Cath. Monſp. 1696.

2) J. Chr. Braun Diſſ. *Obſervationes quasdam anatomicas & chirurgico-medicas* exhibens. cito *Gött. Zeitung* 1760. p. 315.

3) J. Chr. Jacobi, Med. Vinarienſ. *N. Act. Phyſ. Med. Ac. N. C.* T. I. Obſ. LVIII. p. 728.

4) Kæmpf, Arch. Landgr. Haſſ. Homb. *Actis Philoſ. Med. Societ. Ac. Scient. Princ. Haſſiacæ*, nuperrime Francof. & Lipſ. 1771. impreſſ. inſeruit p. 156. Obſ. huc facientem.

viori par affirmat GARDANE, in ſola phthyſi à cauſa Venerea BOURRU concedit. Alii varia medicamentorum purgantium genera adjecerunt, hinc tanta Pilularum Mercurialium apud Auctores proſtat copia, antiquiſſimæ à BARBAROSSA denominantur, tales Pilulas commendant JAC. SYLVIUS, BLONDUS, FERRERIUS, BAYRUS, RONDELETIUS, CHALMETEUS, WIERUS, LOWE, JOH. SAPORTA, PERDULCIS, PLATER, KNOBLOCH, qui Mercurium Succo Limonum extinguit, MAYERNE, ALBINUS & DE HORN, HARVY apud TURNERUM KNOBLOCHIUM imitans, BATES 5) apud EUNDEM, DIBON Camphoram adjiciens, BELLOSTE, ANONYMUS GERMANUS 6), GOULARD, SPIELMANN & EHRMANN. SENNERTUS has nonniſi in malo deſperato largitur. Mercurius nimis cito per Catharctica ex corpore eliminatus, nullas in ſecundas vias habebit vires, & acria admixta purgantia plus noxæ quam fructus afferent, jure ergo à VARANDÆO, CORTILIONE, UCAY, TURNERO, VON LINDERN, POMME, PLENCKIO, GARDANO ac BOURRU relinquuntur. De quibus autem BELLOSTII pilulis Paralyſin ac necem inferentibus KRAMER loquatur ignoro. Mercurio crudo, ſalibus non diviſo, non male opponuntur incommoda, quæ cum MEADIO eidem extus applicito objecimus.

## §. XXII.

Æthiopem mineralem laudant MAYERNE, HARRIS, FR. HOFFMANN & VAN DEN VELDE, GAUKES, HENNINGER & THILEMANN, TURNER, DIBON, SCHROMMIUS, KRAMER; STIEF 1) ipſum cum Antimonio Diaphoretico

5) Bates apud Turnerum citatur, de quo ſupra §. II. not. c.
6) Anonymus Germanus. vid. *Hamburg. Magazin.* Vol. XV. P. 4. No. 4.
1) J. Ern. Stief, M. D. Vratisl. *N. Act. Phyſ. Med. Ac. N. C.* T. I. Obſ. XCI. p. 364.

miſcet, Büchner & Tellgmann cum abſorbente & Sulphure Aurato Antimonii, Langhans cum Abſorbente & Stibio, Bassius cum Antimonio Diaphoretico & Cinnabari. Cinnabarina in genere ſingulari virtute in Lue curanda pollere putat Dolæus. Cum plus quam probabile ſit Mercurium per C. H. vires à ſulphure non poſſe ſeparari, hinc Musitano, Ven. Avo, Herrenschwandtio, Guisard, Quelmaltz 2), Boerhave, Hundertmarck & Bergmanno, Plenckio, Heuermanno ac Gardane facile ſubſcribo, qui talia medicamenta & hic inertia eſſe monent.

## §. XXIII.

Mercurium per ſe præcipitatum Fr. Hoffmann ac Rauch eundem cum Purgantibus & Auro mixtum Ucay commendat; ſimile præparatum ex Sole & Antimonii Mercurio jam Poterius extollit, promiſſis ipſum non ſtare teſtatur Turner. Acido Vitriolico nuptum Mercurium exhibuerunt Clowes, Monavius, Quercetanus, Hartmannus, Sennertus, Horstius, Severinus, Jonston, Sartorius, Lossius & Rebentrost, Gokelius, Friess & Ortlob, Albinus & de Horn, M. B. Valentinus, Turner, Baumler, Herrenschwandt, a Brunn. Blancard illi Theriacam adjicit, Antimonium Lossius & Rebentrost, Mercurium dulcem Zwinger. Pulverem & Salem Volatilem Viperarum cum polline Rad. Contrayervæ & Antimonio Diaphoretico Koehler 1), cum Pilulis è duobus *Pharm. Edimb.* & Camphora nubit Key, cum eadem & Bezoardico minerali Dumonchau 2), Dra-

2) Sam. Theod. Quelmalz, Pr. Med. Proluſ. *de Hydrargyri Viribus a Sulphure ſuſpenſis.* Lipſ. 1748.

1) Joh. Petr. Franc. Kœhler, Med. Philippob. *Commerc. Litter. Norimb.* 1742. Hebd. X. Obſ. I. p. 73.

2) du Monchau, Med. Cambreſ. *Journ. de Medecine.* T. XII. p. 469.

ſticum medicamentum recte rejiciunt Ettmüller, Vesti & Eckmann, Stussius & Gemeinhart, Boschetti, Rauch, von Lindern, Alberti & Schrimpffius, Borellus & Sibecker. Recidivas inde ſurgere jam Musitanus refert. Acido Nitri junctum ſub forma Præcipitati rubri Matthiolus, Rangonus, Blondus, Alcazar, Cæsalpinus, Plater, Sennertus, Weickard, Zacutus, Lossius & Rebentrost, M. B. Valentinus, Harvy apud Turnerum, Stoerck. Sub forma Arcani Corallini Hartmann, Knobloch, Helmontius 3), Sartorius, de le Boe Sylvius, Sorbait, Gokelius, Fraundörfer 4), Gaukes, Dibon, Rauch; medicamenti genus, quod validiſſime primas vias irritat & rodit, juſtiſſime Fracastorius, Brassavolus, Ferrerius, M. J. Paschalis, Fallopius, Tomitanus, Petronius, Borgarutius, Pereda, Wierus, Zecchius, Varandæus, Cortilio, Guarguantus, Ranchinus, Musitanus, Turner, Boschetti, Heister & Schmid, Baumler, von Lindern, Alberti & Schrimpffius improbant, nec adjectis Metallorum calcibus multum correxere, ut egregie Rauch monet. Aurum enim adjunxit Gallus, Eschenreiter apud Cratonem 5), Saxonia, Anonymus Gallus apud Horstium 6), Christinus, Bassius, Aurum & Antimonii Regulum de Planis Campy, Stannum Fr. Hoffmann & van den Velde, Oerius 7), Ferrum Dibon. Mercurium in Acido Nitri ſolutum multa Aqua dilutum laudat Dibon, quod remedium olim ma-

3*) Joh. Bapt. van Helmont, Bruxell. D. M. *Peſtis tumulus*. Colon. 1644.
4) Phil. Frauendörfer, Phyſ. Circul. Bruneuſ. *Ephem. N. C.* Dec. III. A. III. Obſ. IV. p. 5.
5*) Eſchenreiter, Medicus, citatur apud Cratonem, de quo ſupra §. II. not. 39.
6*) Celeber quidam Medicus Gallus allegatur apud Horſtium, de quo ſupra §. VIII. not. 70.
7) Caſp. Œrius, Tigurin. Diſſ. *de Hydrargyri Natura, Viribus & Uſu*. Baſileæ 1706.

gna fama inter nos conſpicuum ſub nomine *Eſſentiæ Mercurialis* proſtabat, & cum remedio, quod JAUBERTHOU proponit, maxime convenire videtur. Medicamentum nunquam non nauſeoſum, ut & omnem præcipitatum per ſe, Præcipitatum Rubrum, Arcanum Corallinum, Turpethumque hodie vel rariſſime uſurpata optimis avibus relinqui puto.

## §. XXIV.

Hydrargyrus acido Salis unitus, & ita unitus, ut Salem acerrimum conſtituat, Mercurium Sublimatum Corroſivum dicunt. Theriaca exceptum jam BASILIUS VALENTINUS 1) laudat, Succo Liquiritiæ in formam Pilularum redactum HERRMANN & BOECLER 2), cum Mercurio Dulci & Calcibus Antimonialibus Diaphoreticis FABRE. Aqua diſſolutum jam ante decimum quintum ſuperioris ſæculi luſtrum exhibitum fuiſſe teſtatur WISEMANN. BLANCARDUM eodem uſum eſſe GORIS refert, ejus mentionem facit ZWELFER 3); KRAMER multos Chirurgos illum adminiſtrare aſſeverat, jam à longo retro tempore Pariſiis in uſum tractum fuiſſe ASTRUC teſtatur. Medicamentum, quod DIBON proponit, & quod ex Sublimato & Sale Ammoniaco fixo paratur, huc quoque pertinet. TURNER Londini obtinuiſſe narrat, GMELIN 4) & CLERC jam diu in Siberia eſſe referunt, ſuperiori jam ſæculo in Palatinatu propinatum fuiſſe MEDICUS 5) docet. Mentem magni

1) Baſilius Valentinus, Alchem. Germ. Seculi XV. *Chymiſche Schriften*, per Petræum.

2) Paul. Hermann, Prof. Lugd. Bat. *Cynoſura Materiæ Med.* prius a Joh. Henningero, Prof. apud Nos Medic. Arg. 1710. edit. poſtea vero à Joh. Bœclero, Pr. Noſtrate explanata & edit. Arg. 1726.

3) Joh. Zwelfer, D. M. Vindob. *Mantiſſa ſpagyrica* annexa eſt *Pharmacopœiæ regiæ*. Norimb. 1668.

4) Joh. Frid. Gmelin, Prof. Med. Tubing. *Reiſe nach Siberien.* Gött. 1751.

5) Frid. Caſim. Medicus, Med. Palatinat. *Sammlung von Beobachtungen aus der Arzneywiſſenſchaft*, 2ter *Band.* Zürch 1766.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0059-0

Præceptoris ſecutus Ill. VAN SWIETEN 6) medicamento maximam in Europa comparavit famam. Nullum unquam propoſitum fuit remedium tanto in Medicina applauſu aſſumtum. Surrexere illico magni Patroni, ſurrexere nihilominus hoſtes inſignes. Perpetuis adhuc hodie ingenia circumvolutantur turbis; iſtis remedii vile pretium, parca doſis, regimen vitæ commodum, jucundarum curationum obſervationes, pro ſcuto militant; his periculum ſummum, doſis fortuito auctæ, cura nimis protracta, ſæpiſſime deficiens, blandioris ejuſdem efficaciæ remedii comparatio, cautas retinet manus. Meum licet non ſit tantas componere lites, ſicco tamen pede remedium ut prætercam mihi imperare non poſſum. Novi certe plurimos inter celebriores Medicos & Chirurgos, qui lubenter ſuis de Sublimato aſſertis Palinodiam canerent; tanta quanta inde expectantur miracula videre non contigit, copioſa Vener. Parentis in his morbis præcipue experientia, meaque quotidiana me certiorem reddunt, tam inſignia nequaquam, ut ipſi tribuuntur, mereri encomia, & licet methodum non plane damnem, nimis exaltatæ laudes aliqualiter limitentur optarem. Celebrant Corroſivum HAEN 7), BLASCHKE 8), GMELIN & GÆRTNER, SANCHEZ apud EOSDEM 9), LUDWIG, BONA 10), BÜCHNER & STOCK-

6) Gerard. L. Baro van Swieten, Arch. Imper. 1) *Epiſtola ad Hundertmarkium*, Ejus Progr. *de Ozæna*, de quo ſupra VIII. 78. inſert. a. 1754. ſcripta. 2) *Epiſtolæ duæ ad Joſephum Beneventum* a. 1755. *ſcriptæ*, totæ quantæ Diſſ. Spielmann & Ehrmann, de qua ſupra §. XVI. 42. incorpor. 3) Epiſtola ad Morandum, cujus Syllogen Aſtruc *in Traité des Tumeurs & Ulcères*, quem ſupra §. II. not. b. alleg. ſiſtit. 4) Epiſtola ad Sylveſtrum, quæ *Medical Obſerv. and inquir. by a Society of Phyſ.* in Lond. 1762. p. 232. intercal. eſt. 5) *Déſcription abregée des Maladies, qui regnent le plus communement dans les Armées.* Vienne 1759.

7) Ant. de Haen, D. M. Vindob. *Ratio medendi in Noſocomio practico*; Vindob. prius 1756. mihi 1760. excuſ.

8) Chriſt. Blaſchke Diſſ. *de Virtute Venenorum medicata.* Vienn. 1757. cito *Gött. Zeit.* 1758. p. 278.

9) Sanchez, ut videtur Medicus Luſitanus, Pariſ. eo tempore degens, miſit Literas ad Gmelin. Diſſ. ſupra §. XVI. not. 37. alleg. inſert.

10) Joh. Bona *Hiſtoria aliquot Curationum Mercurio ſublimato corrodente perfectarum.* Veron. 1758.

HAUSEN 11), LE ROI, in Tinctura Antimonii diſſolvit BRUN, AURIVILLUS & GRUFBERG 12), STOERCK, RICHARD DE HAUTESIERK 13), SPIELMANN & EHRMANN, VOGEL & WICHMANN 14), CALVI, BOISSIER, LOCHER, CROON 15), KNOLLE 16), HARTMANN & HADEMANN, MEDICI ANGLI 17), LE BEGUE DE PRESLE 18), BROCKLESBY, LIEUTAUD, ROYER, COLLIN, MEDICUS, PLENCK, J. M. HOFFMANN 19), CLERC, HEUERMANN, ROSENSTEIN, CHRISTIANOPULO 20), CANESTRINI, THIRION, BUCHOZ 21), RAYMOND 22), MUNNIKS, DE HORN, cum Sale Ammoniaco GARDANE, (quem vel à Mercurio Dulci alienum

11) Andr. El. Buchner, de quo ſupra §. VI. not. 19. & Ant. Frid. Stockhauſen Diſſ. *de Mercurii ſublimati corroſivi Uſu medico interno.* Halæ Magd. 1758.

12) Sam. Aurivillus, Pr. Med. & Grufberg Diſſ. *de Spiritu Vini Mercuriali.* Upſal. 1760. cito *Göttinger Zeitung*, 1763. p. 464.

13) Richard de Hauteſierk, Primar. Reg. Gall. Exercit. Med. *Formulæ Medicamentorum Noſodochiis militaribus adaptatæ*, prius Caſſellis 1761. mihi Pariſ. 1765. excuſ.

14) Rud. Aug. Vogel, *Prof. Med.* & Joh. Erneſt. Wichmann Diſſ. *de inſigni Venenorum quorundam Virtute medica.* Gottingæ 1762. cito *Vogels N. M. Biblioth.* T. V. p. 272.

15) Ant. Croon Tractatus *de Lue Americana*, *ac omnium tutiſſima medendi Methodo.* Meſit. 1762.

16) Joh. Frid. Knolle, Frauſtad. Polon. Diſſ. *de Oſſium Carie Venerea.* Lipſ. 1763

17) *Medical Obſervations by a Society of Phyſicians in London.* T. I. & II. ubi Fordyce, Gordon, Miller, Clephane, Davies, Pringle, Haſtic, Boyd, Barther, Ruſſel, Macaulay, Obſervat. me ſpect. tradunt.

18) Le Begue de Presle, D. M. Pariſ. 1) *Memoire pour ſervir à l'Hiſtoire du Mercure ſublimé corroſif.* Paris 1763. 2) *Obſervations ſur l'uſage interne du Colchique d'automne, du Sublimé corroſif, de la Feuille d'oranger, du Vinaigre diſtillé &c.* à la Haye & à Paris 1764.

19) Joh. Mich. Hoffmann, nunc D. M. Francof. Diſſ. *de Mercurii ſublimati Virtute in Aſſectibus cutaneis.* Arg. 1766.

20) Georg. Chriſtianopulo, Med. Cathari *Deſcriptio hiſtorica Morborum graviſſimorum curatu maxime difficilium, nunc interno Mercurii ſublimati corroſivi uſu feliciter ſanatorum.* Brix. 1767.

21) Buchoz, Med. Nancej. *Lettre à Mr. Gardane* 1768. inſerta eſt in *Recherches pratiques &c.* de quibus ſupra §. XVI. 55).

22) Raymond, Med. Maſſilienſ. *Lettre à Mr. Gardane*, Libro mox citato inſert.

eſſe voluerunt ALBERTI & SCHRIMPFFIUS) BUCHOLZ 23), ANONYMUS GALLUS 24), BOURRU. Argentum, quod MAYERNE Sublimato & Ferrum, quod DIBON addit, nullius hic ſunt pretii, ſimplex Mercurii Vivi adjectio à LE ROI propoſita adhuc majoris virtutis eſſe poterit. Præter Veteres, qui omnes unanimi ore Mercurium ſublimatum corroſivum ceu valentiſſimum venenum conſideraverunt, DE LE BOE SYLVIUS nullum adeo temerarium fore, ut ipſum intus exhibeat, credit. UCAY nunquam ſine periculo exhiberi poſſe retur, DEIDIER, TURNER plane rejiciunt, non multum placet HUNDERTMARCKIO; omnem lapidem movit ASTRUC, ac omni data opera homines ab ejus uſu diſſuadet; infenſa iſta cura ESTEVE, BROMFEILD, DOSSIE', POMME, ANONYMO GALLO 25), VENEL & DRILHON, vix morbo levi GATAKER concedit, rejicit HIRSCHEL, WATHEN, PIBRAC, auctoritate DU PLESSIS, LOUIS, & *omnium fere legionum Chirurgorum*, BELLET 26), ANONYMUS GALLUS 27).

## §. XXV.

Acidum Salis juſta Mercurii ratione ita ſaturatum, ut nullas ulterius vires rodentes exerere poſſit, commendarunt HARTMANNUS, KNOBLOCH, JUNCKER, JONSTON, LOSSIUS & REBENTROST, GOKELIUS, ABERCROMBYUS 1),

23) Guil. Henr. Seb. Bucholz, D. M. Vinar. *N. Act. Ph. M. Ac. N. C.* T. IV. Obſ. LIII. p. 261. & ſq.

24) Anonymus Gallus *Diſſertation ſur la nature de l'Eſprit de Nitre dulcifié rélativement à la Diſſolution du Mercure &c.* à Londres & Paris 1770.

25) vid. ſupra. §. IX. not. 3.

26) Bellet, Medic. Reg. Gall. *Expoſition des effets d'un nouveau Remède denommé Syrop Mercuriel;* prius Pariſ. 1768. mihi 1770. edit.

27) Anonymus Gallus *Reflexions ſur une Brochure, intitulée: Examen des nouvelles methodes d'adminiſtrer le Mercure pour la guériſon des Maladies Veneriennes &c. inſerées dans la nouvelle Edition des Effets du Syrop Mercuriel de Mr. Bellet.* Paris 1770.

1*) David. Abercrombyus, D. M. Lond. 1) *Tuta ac efficax Luis Venereæ curandæ Methodus.* Lond. 1684. 2) *Opuſcula.* ibid. 1687.

Albrecht 2), Albinus & de Horn, Weisbach, Lister, Vierzigmann 3), W. Wedel & Stoll 4), Vesti & Eckmann, M. B. Valentinus, Heinrici 5), Boschetti, Dibon, Rauch, Heister & Schmid, Baumler, Vener. Avus, Kramer, Werlhoff, Herrenschwandt, Dil. Pater remedii caute præparati vires jam per inſigne temporis ſpatium feliciſſimo cum ſucceſſu experitur, Yvo Stahl & Feinler, de Rotundis, Alberti & Schrimpff, Fickius, Kniphof, Hilscher, Stenzel & Klipsch, Barry, W. C. Hoffmann, Scharschmidt, Boerhave, Stock & Becker, Anonymus Germanus 7), Borellus & Sibeker, Gynongyössius, Bernhardt, Ludwig, Fabre, Spielmann & Ehrmann, Hirschel, Platner, Gardane. Inefficacem eſſe Mercurium dulcem, & qui ad ſummum morbo levi & recenti conducat Sartorius, Friess & Ortlob, Ettmüller, Ucay, Musitanus, Chr. J. Langius, Vercellonus, Guisard, Ludolf & Grass, Rosenstein, Canestrini contendunt: hinc eum aliquoties ſublimando efficaciorem reddere tentarunt, & ſub Panaceæ aliiſque ſpecioſis titulis commendaverunt de Mayerne, Blancard, Albinus & de Horn, Riviere, Rudolph Jac. Camerarius & Caspar, Zwinger, Turner, Dibon, Kramer, Behr, Hundertmark & Bergmann, Venel & Drilhon, Lieutaud, Platner, Heuermann, à Guisardo, Graingero, Rosenstein reprehenſi, abſurda ſat ratione Colle Sublimatum dulcem corrigere ſtuduit, Blancard cum Theriaca junxit, cum Purganti-

2) Joh. Petr. Albrecht, Phyſ. Hildesh. *Eph. N. C.* Dec. II. A. VII. Obſ. 18. pag. 47.

3*) Joh. Vierzigmann, Norimb. Diſſ. *de Phimoſi.* Altorf 1695.

4) G. W. Wedel, de quo ſupra §. VI. 12. & J. Ad. Stoll Diſſ. *de Mercurio dulci.* Jenæ 1700.

5) Heinr. Heinrici, Prof. Med. Diſſ. *Tela ex Pharetra Apollinis in ſui ſecuritatem ſubducta.* Halæ 1713.

6) Jo. Juſt. Fickius, Med. D. Jenenſ. *Act. Phyſ. Med. A. N. C.* T. V. Obſ. XV. p. 70.

7) vid. ſupra §. XII. 21.

bus Ucay, Güldenklee, Jackson, Gohl, Heister 8), Riverius apud Boschetti, Trew, Baſſius. Abſorbentia addidit Gohl, Alberti & Havighorst, Delboel 9), Büchner & Richter 10), Hundertmark, Büchner & Tellgmann. Millepedes ſingularem poſſidere efficaciam, cum Mercurio dulci ſi combinantur, cenſent Feuerlin, à Brunn, Koehler, Delboel, Borellus & Sibeker. Cinnabari Antimonii & Opobalſamo jungit Jackson, cum Sulphure aurato Antimonii nectunt Plummer 11), Key, Büchner & Richter, Hundertmarck, Büchner & Tellgmann, Denniston 12), Broklesby; cum Mercurio vitæ Dolæus, cum Camphora combinant Schreiber 13), Hundertmarck, Langhans, in Decocto cum Lapide Calaminari aut Alumine Rochæ & Sarſaparilla Kramer, in Decocto ſudorifero Idem, Delboel, Croppius 14), Fabre, Langhans, in Aqua Fumariæ Stoerck. Mercurium Præcipitatum album, quem vix à Mercurio dulci differre ex Chemia patet, Mayerne, de le Boe Sylvius, Friess & Ortlob, Overcamp, Harvy apud Turnerum, Rauch, Herrenschwandt, Boerhave, Hundertmarck & Bergmann, Gardane proponunt; ipſis tamen Ucay, Gaukes, Boschetti, Baumler contradicunt. Flores Mercurii à Vigierio commendati vix à præcipitato albo di-

8) Laur. Heiſter, de quo ſupra §. XIX. 12. *Chirurgia*, prius Norimb. 1718. Germ. vernac. mihi Amſt. 1750. Latin. impr.

9) Joſ. Matth. Delboel, Colon. Agr. Diſſ. *de tuta & facili quadam Luem Veneream curandi Methodo.* Arg. 1750.

10) Andr. El. Büchner, de quo ſupra §. VI. not. 19. & J. Erh. Richter Diſſ. *de Medicamentorum Mercurialium cum Salibus paratorum Efficacitate per adjunctum Sulphur ad certos quosdam morbos magis accommodanda.* Halæ Magd. 1754.

11) Andr. Plummer, Pr. Med. Edimb. *Eſſay & Obſervations de la Societé d'Edimbourg*, T. I. Art. VI. p. 51.

12) Denniſton *Journ. de Med.* T. VIII. p. 251.

13) J. Frid. Schreiber, Med. Petrop. *Obſervationes & Cogitata de Peſte*, prius Petrop. 1740. mihi Berol. 1744. excuſ.

14) Fr. Lud. Chr. Croppius, D. M. Hamburg. *Nov. Act. Phyſ. Med. A. N. C.* T. I. Obſ. LXXI. p. 274.

ſtinctos eſſe conſtat, ejus Mercurius albus ſolutivus ita deſcriptus eſt, ut facile pateat, eundem nunquam fuiſſe paratum. Num multoties reiterata Sublimatio Mercurium Dulcem efficaciorem reddere queat, jam dubitaverunt STENZEL & KLIPSCH, & magnus ille BOERHAVE, quibus lubens ſubſcribo.

## §. XXVI.

Mercurium in Alcali fixo ſolutum, & tædioſa vere ratione ad uſum Medicum adaptatum proponunt LUDOLF & GRASS. Liquorem Salis Ammoniaci à Mercurio abſtractum multum laudat QUERCETANUS & SEVERINUS, ſed & hunc & varios Spiritus Mercurii diaphoreticos, quales HARTMANN, JONSTON, JOHRENIUS & EISENER proponunt, aliosque varios Mercurios diaphoreticos mitto, & illis, quorum intereſt, talium præconia canere permitto. Ad ſecundam indicationem tranſeo, qua virus venereum varia ratione ex corpore expellere fuerunt conati. Plurimi Auctores huc pertinentes jam ſunt adducti, vix non omnes ſcilicet, qui Decocta Lignorum commendarunt, & plurimi ex illis, quos Mercurialia adhibuiſſe dixi. Nil mihi nunc reliquum eſt quam eos recenſere, qui propriam evacuationis ſpeciem hic neceſſariam eſſe duxerunt, & eos, qui univerſalibus evacuationibus id ipſum præſtare ſtuduerunt.

## §. XXVII.

Mercurius, quia ratione, qua vulgo adhiberi ſolebat largiſſimam ſalivæ fluxum excitaſſe obſervatus fuit, hinc longe plurimi Auctorum hanc excretionem expulſioni virus Venerei præ reliquis competere, & in ea movenda maximam Hydrargyri in ſananda Syphilide virtutem conſiſtere reputarunt, & eum ſemper ea ratione adminiſtra-

runt, ut Ptyaliſmum excitaret. Huc pertinet ALEX. BENEDICTUS 1), CATANEUS, BOLOGNINUS, VIGO, FRACASTORIUS, MASSA, MATHIOLUS, LOBERA, RINIUS, VICTORIUS, DE HERY, FERRERIUS, M. J. PASCHALIS, FALLOPIUS, MONTUUS, CHALMETEUS, FRACANTIANUS, PETRONIUS, ALCAZAR, CAPIVACCIUS, QUERCETANUS, PERDULCIS, PLATER, VARANDÆUS, SEPTALIUS, SENNERTUS, JUNCKER, ZACUTUS, JONSTON, SARTORIUS, VIGIERIUS, GULDENKLEE, TRUMPHIUS & CAPELLE, MATTOT & GUERIN, DE LE BOE SYLVIUS, SPARR, WISEMANN, SYDENHAM, DE SORBAIT, W. WEDEL & LÖW, LOSSIUS & REBENTROST, GOKELIUS, ABERCROMBYUS, BLANCARD, FRIESS & ORTLOB, ANONYMUS GALLUS 2), DOLÆUS, ETTMÜLLER, ALBINUS & DE HORN, CALMETTE, UCAY, VALLISNERIUS, OVERCAMP, MUSITANUS, GARNIER, CAMERARIUS & CASPAR, PURMANN, LANZONUS, VESTI & ECKMANN, JACKSON, HARRIS, E. STAHL & THEBESIUS, JOHRENIUS & EISENER, HELVETIUS, ZWINGER, E. CAMERARIUS & WEISSMANN, M. B. VALENTINUS, E, STAHL & ISAAC, BOULTON 3), HENNINGER & THILEMANN, GOHL, WEISBACH, STUSSIUS & GEMEINHARDT, GORIS, HARVY apud TURNERUM, TURNER, ALLIOT & LEAULTE', HEISTER, BOSCHETTI, ALBERTI & HAVIGHORST, J.. C.., FREIND, BAILLY & FREMONT, RAUCH, HEISTER & SCHMID, PALMER 4), ASTRUC, VON LINDERN, LA METTRIE, FURSTENAU & PAXMANN, WERLHOFF, FEUERLIN, HERRENSCHWANDT, olim quoque laudabat VENER. PARENS, FR. HOFFMANN, ALBERTI & SCHRIMPFFIUS, KOEHLER, FICKIUS, OVELGÜN, HILSCHER, SCHLICHTING, STENZEL

1*) Alex. Benedictus, Pr. Med. Venet. *Opera.* 1497.
2) §. XVI. not. 77.
3*) Rich. Boulton, Angl. Ceſtrienſ. *Phyſico-Chirurgical Treatiſe of the Gout &c. and the Lues Venerea.* Lond. 1714.
4) Sam. Palmer *Epiſtola ad Turnerum* ejus *Syphilidi* de qua ſupra §. II. not. c) inſerta.

& Klipsch, Juch & Weber, W. C. Hoffmann, Büchner & Franck, Key, Scharschmidt, Boerhave, Mead, Behr, Stockius & Becker, Anonymus Germanus 5), Borellus & Sibecker, Grainger, Gynongyössius, Bernhardt, Croppius, Ludwig, Lot, Augustini, Venel & Drilhon, Brocklesby, Hirschel, Platner, Heuermann, Bourru. Inter hos licet multi fuerint, qui morbos Venereos etiam ſine ſalivatione curari poſſe confitebantur, tamen omnes hanc excretionem ceu ſalubrem agnoſcebant. Graviſſima quæ humores adeo violenter ſolutos, ut glandulis ſalivalibus elabantur, comitari & ſequi non poſſunt non ſymptomata, in cauſa fuerunt, ut hæc curandi methodus multis odioſa fuerit. Pertinent huc omnes, qui Mercurii adminiſtrationem in genere rejecere, pertinent huc Inunctionis hoſtium plurimi illam nonniſi ob ſalivationis atrocitatem reprehendentes. Auctores, qui vel Purgantibus l. interrupta Mercuriali medicatione, aut adjectis ſubſtantiis aliis Mercurii vim ſalivatoriam infringere ſtuduerunt, & de quibus adhuc in poſterioribus, huc facere nemo non videt. Sublimati Patronos Salivationi non favere, licet illis invitis ſæpius accidat, notum eſt. Pauci qui reſtant, quorum plurimos ob textus anguſtiam ad ſuperiores claſſes redigere nequivi, aut ex ſingulari remedio nullam ſputationem expectant, nunc enumerandi remanent. Vesti & Jacobi 6), Robinson, Kniphof, Ludolf & Grass, Profily 7), Owen, Gatacker, Plenck.

5) §. XII. 21.
6) Juſt. Veſti, de quo ſupra §. XVII. not. 8. & Joh. Erneſt. Jacobi Diſſ. de *Lue Venerea*. Erf. 1689. Auctor Diſſertationis, qui Reſpondens eſſe videtur, quoniam principiis Præſidis contradicit, ob Mercurii certiſſime odium, Ptyaliſmum damnat.
7) Joh. Profily *Eſſay and exact method of curing the Venereal Diſcaſe*, Lond. 1748. cito *Gött. Zeit.* 1748. p. 379.

## §. XXVIII.

Cum hodie evictum ſit ſalivationem eſſe effectum Mercurii in nimis larga quantitate aſſumti, prudentiſque Medici officium in eo conſiſtere, eundem ea modo humoribus ingerere quantitate, ut à virus Venereo excitatam ſpiſſitudinem, neutiquam autem naturalem humorum craſin diſſolvat, hinc quoties à qualicunque ejus adhibendi ratione ſalivæ effluxus, vel Prodromi modo apparent circa eam avertendam omnis lapis movendus. Variis ſubſtantiis vim Mercurii Sialogogam infringi poſſe ſibi perſuaſere multi; Mayerne, Hoffmann & van den Velde, Turner, Schrommius, Vener. Avus & Parens ſulphur eo ſcopo exhibuerunt, quod nihil efficere autumat Heuermann. Gallus, Hoffmann & van den Velde Aurum, quod ipſum ſolum ſub forma Croci exhibitum, Ptyaliſmum moviſſe Hirschel obſervat, ultimi quoque Stannum commendaverunt. Camphoram vel Unguento adjecere vel maſticare juſſere Missa & Despatureaux, Raisin, Cordet, Tilloloy, le Roi, Langhans, Anonymus Gallus i), Canestrini, quem non ſufficere Schreiber, Astruc, Royer, Heuermann, qui idem de pulvere Lumbricorum monet, referunt. Jakson & Turner Alcali Fixum commendant; num in C. H. Cinnabaris aut Æthiops poſſunt ſurgere? num metalla nulli ſali juncta ad ſecundas vias tranſibunt? quid ab Alcali expectandum? unde iſtæ vires Camphoræ? Hydrargyrum excedens per purgantia eliminare ſuaſerunt & ſalivæ fluxum excedentem ſaltem moderare voluerunt à Bethencourt, Brassavolus, Septalius, Blancard, Fr. Hoffmann & van den Velde, Jakson, Zwinger, Turner, Vener. Avus & Pater, Pouppe' des Portes; omnem Ptyaliſmum ſtrenue per purgantia fugandum eſſe rati ſunt Hock, Vella,

i) §. IX. 3.

J. Bene-

J. Benedictus, Almenar, Amatus, Rondeletius, Botallus, Dordonus, Palmarius, Monavius, Ghinus, Mayerne, Sorbait, Dolæus, Vallisnerius, J. C. Langius, Moyle 2), Heinrici, Pitcarnius, Vercellonus, Dibon, Schrommius, A. Wedel & Slevogt, Desault, Kramer, Douglass, Pujatus, Yvo Stahl & Feinler, de Rotundis, Voysin, Marteau & Chesneau, Bajerus 3), Delboel, Büchner & Tellgmann, le Nicolais du Saulsay, Coste, Langhans, Wathen. Non inficias eo fuiſſe inter hos, qui ſalivatione etiam malum ſanari credebant, huicce tamen methodo ſemper palmam tribuebant. Contra Purgantium uſum non potuerunt non inſurgere, qui Salivationem ad curam Luis neceſſariam ducebant, cum hæc inde interrumpatur, ſive jam multum inde debilitatum corpus omnino impune aliam evacuationem ferre non poſſe arguentes, illis denique qui morbum abſque ſenſibili excretione excuti poſſe credebant, hæc ratio blandiri non potuit. Colloco huc de Hery, Fracantianum, Petronium, Alcazar, Sartorium, Sydenham, Garnier, Vesti & Eckmann, Weisbach, Stussium & Gemeinhardt, Deidier, Astruc, la Mettrie, Herrenschwandt, Rabours & Cantwell, Midy & Desbois, Behr, Borellum & Sibeker, Fabre ad mentem Petiti, Bromfeild, Venel & Drilhon, Gatacker, Lieutaud, Plenck, Jauberthou, Clerc, Rosenstein, Bellet. Medicationem Mercurialem interrumpendam eſſe, ut ſalivatio moderetur, præceperunt Hock, Almenar, Maynardus, a Bethencourt, Lobera, de Hery, Borgarutius, Palmarius, Zecchius, Mercurialis, de Torrez, Pigray, Vigierius, Trumphius & Capelle, Major & Schippel, Albrecht,

2) Jo. Moyle, Chirurg. Lond. *Chirurgical Memoirs being account of many extraordinary Cures.* Lond. 1708. cito Bœrh. *Meth. ſtud. Med.* ed. Hall. p. 766.
3) Joh. Jac. Baierus, Altorf. Diſſ. *de Abuſu Purgantium in Morbis Venereis.* Altorf. 1749.

Gaukes, Pitcarn, Vercellonus, Chicoyneau (cujus auctoritate hæc medendi ratio vulgo Monſpelii obtinens, *Monſpelienſis* vocata eſt) & Pellissery, Willougby, Deidier, Raiberti, Haguenot, Anonymus Anglus 4), Rabours & de La Cloy, a Brunn, Kramer, Guisard, Voysin, Hilscher, Rabours & Cantwell, Midy & Desbois, Delboel, Connalius ò Connel, Chevalier & le Thieuillier, Cairnoan, Missa & Despatureaux, Goulaud, (methodum *ab extinctione* deſignans,) Coste, Fichet de Flechy, Bromfeild, Langhans, Pomme, Anonymus Gallus 5), Sauvages, Lieutaud, Royer, Jauberthou, Clerc, Rosenstein, Houstet, Bellet, Bourru. Omnes denique Sublimati Fautores vel leviſſimo Ptyaliſmo apparente medicamentum ſeponunt, & leni catharctico niſus verſus inferiora deducunt. Hanc ab ipſa natura dictatam medendi rationem oppugnare auſi ſunt Septalius, Friess & Ortlob, Ettmüller, J... C..., Freind, Palmer, Mooney, Fabre, Gatacker, Platner, Wathen, Plenck, de Horne, Gardane. Notandum vero hic abſolute ducimus, plures inter nominatos Auctores non adeo interruptam Mercurii exhibitionem taxaſſe, quam potius ideam abſque ſenſibili evacuatione morbum ſuperare velle pro inconcinno declaraſſe. Quis prudens Medicus unquam reſolventia & incidentia eo uſque porriget, ut penitus diſſoluti humores Diabetem, Diarrhœas, & Sudores colliquativos excitent? Quis, ubi humores condenſandi ſunt, eos eouſque coget, ut immobiles in vaſis hærentes multifariam obſtructionis ſpeciem gignant? nonne uno ore reprehendendi ſunt omnes illi, qui qualecumque medicamentum tanta quantitate corpori ingerunt, ut ægrum in oppoſitum curationis malum præcipitent? Ratione ea, quam nunc explicui, ſi exhibetur

4) §. XIX. not. 35.
5) §. IX. 3.

Mercurius, tum omnino Decocta Lignorum poſſunt addi, quorum efficacia in Virus Venereum, §. VII. dicta, etiam victoriam reportabit, ſed ob rationes ibidem allegatas hæc Decocta nequaquam, ut ſudores excitent, erunt propinanda; ſicut enim ſalivatio ad ſalutarem Mercurii actionem non eſt neceſſaria, ita quoque ſine ſudorum expreſſione Decocta Lignorum exoptatos effectus exſerent. Fateor mihi plane æquivalere, qua ratione Mercurius adminiſtretur, ſemper iſtud metallum potiſſimus Syphilidis vindex manebit: non multum medelæ formam curo, mox externus, mox internus Hydrargyri uſus erit proficuus, mox placet GARDANI idea, internam & externam medicationem conjungentis, mox una ratione medendi deficiente alteram arripio, modo præbeatur remedium, ut nullam noxam inferat, nec curam moretur, ſcopo potiemur; hic prudentiam, hic Medici ſolertiam, hic cautam obſervationem deſidero, abſit omnis temeritas, exulet omne præjudicium, verus Apollinis alumnus blande res moderando, ex voto Curam abſolvet. Nonne Mercurio & Lignorum Decoctis etiam Extractum famoſum Cicutæ addi poſſet? neſcio quid obſtet: ſint judices accurate inſtituta experimenta, num tali ratione graviſſimus hoſtis facilius vinci queat.

## §. XXIX.

Cum de expellendo per medicamenta Virus Venereo ſemper cogitaverint Auctores, cum cura per Decocta Lignorum ſuſcepta ea ſemper ratione fuerit inſtituta, ut largiſſimi fuerint excitati ſudores, cum varia præparata Mercurialia, quibus morbum abigi viderunt, validiſſime primas vias evacuerint, cum denique ipſum Mercurium inunctum interdum ſine excitata ſalivatione, cutis aut alvi excretionem augendo morbum ſuſtuliſſe inter primos jam

I 2

obſervaverint BOLOGNINUS, VIGO, LOBERA, RINIUS, PASCHALIS, PETRONIUS &c. hinc credebant, quacunque ratione moveatur ſudor, quocunque modo ducatur alvus, morbum profligari, aut ſaltem Specificorum actionem juvari poſſe. Fuerunt denique Auctores, qui ulcera corpori inurendo, ut per ea eliminetur Heterogeneum, humores inſpiſſans morbum impugnare conati ſunt.

## §. XXX.

Therapiam per Sudorifera commendavit præterea ſuperioribus ſæculis uno fere ore inter Medicos recepta hæreſis, omne contagium eſſe venenum, & venena humoribus inhærentia ſudoriferis pellenda eſſe, nec non LEONIS obſervatio circa Barbaros ſolo itinere in Numidiam aut Nigritarum Regionem ſine ulla alia medicatione Syphilidem curantes, id quod FALLOPIUS à valido exercitio, quod iter requirit, & à climate fervidiſſimo, unde largi ſudores, deducit. Præter eos, quos §. VII. & ſqq. notavi, ſudorifera in genere laudaverunt CLOWES, KNOBLOCH, JUNCKER, ZACUTUS, ALLAIN & GUERIN 1), BRAYER & PUYLON 2), WALDSCHMIDT, VESTI & JACOBI, OVERCAMP, VIERZIGMANN, LANZONUS, ZWINGERUS, BOULTON, STUSSIUS & GEMEINHARDT, HARVY apud TURNERUM, HEISTER, A. WEDEL & SLEVOGT, FOURNEAU & BARFECNECHT, FURSTENAU & PAXMANN; JUCH & WEBER ſudorifera amara & nauſeabunda ob vim Anthelminticam laudantes, STOCKIUS & BECKER, KALTSCHMIDT & ALBERTI. Hanc Therapejam reprehenderunt & inſufficientem aſſeruerunt

1*) Dionyſ. Allain, D. M. & Guil. Guerin Q. M. *An Lui Venereæ Alexipharmaca?* Par. 1630.

2*) Nic. Brayer, D. M. & Claudius Puylon Q. M. *An quæ Hydrargyro non cedit, Syphilis hydroticis percuranda?* Pariſ. 1670.

Reynaud 3), Calmette, Heinsius, Garnier, Fr. Hoffmann & van den Velde, Chr. J. Langius, Harris, Camerarius & Weissmann, Vercellonus, Goris, Alliot & Le Aulte', Bailly & Fremont, Heister & Schmid, Baumler, Astruc, Vener. Avus & Parens, Rabours & Cantwell, Cairnoan, Miſsa & Despatureaux, Langhans, Gatacker, Gardane. Confiteor ingenue me non ſatis poſſe mirari, quod adeo multi Medici ad morbum evidenter à ſpiſſitudine oriundum, medicationem adhibuerint, quæ, partibus fluidioribus corpus privando, novam ſpiſſitudinis ſpeciem abſolute debuerunt producere, quæque humores non attenuatos agitando graviſſima obſtructionum, errorum loci, ſolutionis continui ſymptomata gignere omnino debuit. Sudorem autem excitarunt medicamentis intus datis, quo à Massa & Blancardo laudatum Sulphur, à Gallo ſpretum, adhuc referendum, ſed etiam balnea tam humida quam ſicca adminiſtraverunt, illaque tam nativa ſive thermas, quam ex aqua, cui non raro varias ſubſtantias adjecerunt, arte parata.

## §. XXXI.

Balnea ſimpliciter proponunt Hock, M. J. Paschalis, Sennertus, Matthieu & Bourdelot 1), Mayerne, Bagliv, Fourneau & Barfecnecht, Boerhave; Balnea ex aqua cum Herbis Emollientibus Gilinus 2), J. Benedictus, Almenar, Phrisius, cum Abſtergentibus & Detergentibus Torella, cum Aromaticis Romerus, Borgarutius, Thermas Rondeletius, Caryophilus

3*) Claud. Reynaud, Lugd. Q. M. *An ſolis Sudoriferis curari poſſit Lues Venerea?* Monſp. 1673.

1*) Nicol. Matthieu, D. M. & Petr. Bourdelot Q. M. *An in Curatione Luis Venereæ Balneum?* Lutet. 1639.

2**) Conradin. Gilinus, A. A. & M. D. *Opuſc. de Morbo Gallico.* 1497.

3) Balnea pagi Avinionis in Agro Senenſi & Thermas Abulas & Aquas ferratas Neapolitanas; Baregianas nuper de Bordeu 4). Balneorum uſum morbo curando non ſufficere, imo plus noxæ quam ſolatii afferre, teſtantur Massa, Victorius, Trincavellius, Frizimelica, Petronius, Silvaticus, Plater, Varandæus. Balnea temperata tranſpirationem juvando omnino actionem Specificorum poterunt juvare, contra calida ea valent, quæ circa ſudorifera dicta fuerunt. Balnea Laconica, alias Stuphæ appellata, conferre reputarunt Torella, Hock, Cataneus, Joh. Benedictus, qui Nativum Sudatorium St. Germani multum laudat, Almenar, Vigo, Phrisius, Jo. Paschalis, L. Fuchsius, Fernelius, Rondeletius, Petronius, qui Obſervationem de Mendico fimo ad collum uſque obruto & ita curato adducit, qualem methodum apud Polonos frequentem eſſe Sinapius teſtatur. Bruele, Minadous, Perdulcis, Plater, Varandæus, Guldenklee, Sennertus, Waldschmidt, Blancard, Bagliv, Zwinger, Gohl, Weisbach, Boerhave, Camerarius & Breyer. Improbant autem iſtam medendi rationem Brassavolus, Calvo, Musitanus, Vercellonus, A, Wedel & Slevogt, qui morbum etiam inde reddi graviorem & pertinaciorem addunt: id quod ex illis, quæ §. antecedente monui, ſat evidens fit. Idem judicium ferendum de illis, qui validiſſimis exercitiis corpus in ſudorem reſolvi voluerunt, Vella, Fracastorius, Matthiolus, Lobera, Brassavolus, M. J. Paschalis, Fracantianus, Petronius, Borgarutius, Alcazar, Sinapius, Boerhave, juſtiſſime reprehenſi à Montagnana 5), Almenar, Gallo, Fallopio, To-

3) Paſch. Cariophilus, *de Thermis Herculanis.* prius Vindob. 1737. mihi Mantuæ 1739. excuſ.
4) Franc. de Bordeu, Med. Bareg. *Journ. de Med.* T. XIII. p. 180.
5**) Barthol. Montagnana, Pr. M. Patav. *Conſilium medicum* 1499.

MITANO, PERDULCI, SENNERTO, WEDEL & LÖW, DOLÆO, E. STAHL & THEBESIO.

## §. XXXII.

Virus Venereum per Purgantia fugare tentarunt tam illi, qui iſtud humori melancholico tribuerunt, quam illi, qui omnem curam in eo ex corpore expellendo conſiſtere reputarunt. Huc pertinet MARCELLUS 1), Cumanus, qui Medici Caſtrenſis officio apud eundem exercitum functus eſt, qui cum copiis Car. VIII. inter quos primum morbum viguiſſe conſtat, conflictavit (WELSCH *Sylloge Curat. & Obſ. p.* 30. & 68.), LEONICENUS 2), GILINUS, TORELLA, MONTESAURUS 3), AQUILANUS, ROMER, (notante WELSCH *l. c.* 34.) MONTAGNANA, CIRCELLUS 4), (*ibid. p.* 35.) BENIVENIUS 5), DE VIGO, MAYNARDUS, PHRISIUS, DORDONUS, ALCAZAR, CÆSALPINUS, W. WEDEL & LÖW, OVERCAMP, CHR. J. LANGIUS, ZWINGER, VERCELLONUS, HARVY apud TURNERUM, DIBON. Huc pertinet Mechoacanna à MINADOO laudata, Mercurius vitæ & alia Antimonii Præparata Emetica à QUERCETANO, CLAUDINO, HARTMANNO, SENNERTO, ZACUTO, DE LE BOE SYLVIO, CRISTINO, LENTILIO, HARVY apud TURNERUM & DIBON propoſita. Faciunt huc porro Semina Euphorbiæ Lathyri L. à ZACUTO commendata, Pulpa Cucumis Colocynthidis L., à DE LE BOE SYLVIO recenſita, Tinctura ejusdem à FABRE celebrata, quæ BOURRU quoque placet, Medica-

1*) Marcellus Cumanus, *de Morbo Gallico.* 1495.

2**) Nic. Leonicenus, Pr. Med. Ferrar. *de Epidemia, quam Itali Morbum Gallicum, Galli Neapolitanum vocant.* Venet. 1493.

3**) Natal. Monteſaurus Veron. *de Epidemia, quam vulgares Mal Franzoſo appellant.* 1498.

4*) Franc. Circellus *M. Sc.* 1500.

5**) Anton. Benivenius, M. Florent. *de abditis ac mirandis Morborum & Sanationum Cauſſis.* Florent. 1507.

mentum ex Ære paratum, de quo GERLACH 6) præcipit, Radix mirabilis Jalappæ L., quam GULDENKLEE Specificam dicit, Gratiola Offic. L. à KRAMER magni facta, Radix Aſari Europæi L. à FERRERIO commendata, Radix Cyclaminis Europæi L., à PLATERO in medium lata, nec non Cortex Sambuci nigræ L. FERRERIO adoptatus. Auctores, qui Purgantia Mercurialia propoſuerunt, jam ſupra allegavi; illi qui Purgantia tanquam remedia generalia adhibuerunt, huc non pertinent. Inſufficientem eſſe imo noxiam, quæ per Cathartica inſtituitur, medicationem rectiſſime omnino docuerunt CATANEUS, VOCHS, FERNELIUS, FRIZIMELICA, CAPIVACCIUS, RUDIUS, VARANDÆUS, HEINSIUS, MUSITANUS, VERCELLONUS, TURNER, HEISTER & SCHMID, BAILLY & FREMONT, ASTRUC, RABOURS & CANTWELL, BAJERUS, SCHARSCHMIDT, CAIRNOAN, MISSA & DESPATUREAUX, HIRSCHEL, JAUBERTHOU. Inconſulto omnino de expellendo ex corpore miaſmate occupati ſunt Medici, quod dummodo ejus in humores producti effectus curentur, ſponte per evacuationes naturales ſecedit; graviter in Artis leges impingunt, qui materiam non præparatam evacuationibus aggrediuntur, & effectum à cauſa procatarctica excitatum hac remota etiam ſublatum iri confidunt; his ſi addas Purgantia, partes fluidiores ex corpore expellere, validiores concuſſiones ventrum & ſpaſmos viſcerum cauſari, quam male illa in morbo, ſub quo inſigni ſpiſſitudine humores laborant, exhibeantur, fit evidens.

6) J. Chr. Gerlach, Arch. Duc. Wurtemb. *Eph. N. C.* Cent. VI. Obſ. L. p. 303.

§. XXXIII.

## §. XXXIII.

Peſſime omnino Gilinus, Torella, Victorius, Rudius, Zacutus, W. Wedel & Löw, Loſſius & Rebentrost Cauteria commendant; ſi enim virus per illa quoque poſſet educi, tamen non tam de illo eliminando, quam de effectu ab ipſo producto corrigendo debemus eſſe ſolliciti, Ulcera apud Syphiliticos, conſentientibus omnibus Chirurgis, ſemper malos mores induunt, ideo Cauteria non poſſunt non gravi morbo aliud grave ſymptoma ſuperaddere, idquod jam Brassavolus, Varandæus ac Wynell notaverunt.

## §. XXXIV.

Num Vauloue' 1), qui caſtrationem ſuadet, & W. Wedel & Löw, qui Chirurgiam infuſoriam commendant, merentur nominari?

## §. XXXV.

Inſtitueram Auctores, qui arcano quodam remedio deleterium morbum aggrediebantur, penitus ſilentio præterire; cum autem plures ex Neotericis Tractatibus ſic innominati manſiſſent, quos tamen ſedulo perquiſivi in Lectorum emolumentum, & ut negligentiæ culpam luem, illos tangere tantum conſului. Non repeto farraginem Auctorum, quos jam Astruc rimatus eſt; ab anno Seculi noſtri quadrageſimo pergo: inter hos ſi quendam omiſero, in cauſa eſt, quod meis oculis non apparuerit. Voysin ergo Panaceam ſuam vegetabilem & depuratorium ſanguinis commendat, Arizarra 1) Eſſentiam, Pellerin tædioſum haud imitabile Præparatum ſiſtit, Winckler

1) Joh. Vauloué Genabic. Q. M. *An inveteratæ Lui Caſtratio conferat?* Monſp. 1662.

1) Gaët. Arizarra, Chir. Xenod. St. Mar. novæ, *Nuovo Methodo per librare il corpo umano con ſicurezza dal male venereo &c.* Firenze 1743. cito *Gött. Zeit.* 1743. p. 475.

Tincturam Veneream non Mercurialem extollit, DE TORRES 2) Arcana ratione inungit, MAUFLATRE & QUERENET 3) Præparatum ſingulare Mercuriale poſſident, KEYSER 4) Trageas ſuas, quas ex Mercurio per Acetum in formam Salis redacto, cui exigua portio Terræ Martis juncta eſt, componi, ex *Hiſt. de l'Acad. Roy. des Scienc.* 5) patet, adhuc hodie exhibet. Hic in tranſitu dictum velim, jam BRASSAVOLUM, Mercurium cum Acido vegetabili jungere docuiſſe; iſtud tamen Præparatum non interne exhibebat, ſed tantum Unguento ſuo Mercuriali commiſcebat. His præter KEYSERUM & in ipſius libris inveniendа copioſa teſtimonia varii adhuc alii favent, ut ANONYMUS 6), VANDERMONDE 7), ANONYMUS alius 8), PASSERAT DE LA CHAPELLE 9), AURRAN 10), VENEL & DRILHON, ROUX 11), THIRION, GARDANE. Non minor eſt numerus hoſtium; improbantur à THOMAS 12),

2) De Torres, Med. Duc. Aurel. 1) *Lettre à Mr. Morand ſur les effets ſurprenans du Mercure* Paris 1753. 2) *Lettre à Mr. de Vernage ſur la Méthode de guérir les maladies veneriennes par une préparation de Mercure, dont la plus forte doſe n'excite jamais de ſalivation.* Paris 1754.

3) Mauflatre & Querenet *Journ. de Med.* T. IV. p. 182. 243. 323. 403.

4) Keyſer, Med. Pariſ. 1) *Réponſe à l'Auteur anonyme d'un Traité des Tumeurs & Ulcères.* Paris 1759. 2) *Methode pour l'adminiſtration de ſes Dragées dans le traitement des Maladies Veneriennes.* Paris 1762. imprimé par Ordre du Roi. 3) *Examen d'un Livre, qui a pour titre: Parallele des différentes methodes de traiter la Maladie Venerienne.* Paris 1765.

5) 1759. p. 102.

6) Anonymus Gallus *Lettre d'un ancien Profeſſeur en Medecine de Paris à Mr. Vandermonde, pour ſervir de Réponſe à la Lettre d'un Medecin de Province à un Medecin de Paris.* Paris 1759.

7) Vandermoude, D. M. Fac. Par. *Journ. de Med.* T. X. p. 499.

8) Anonymus Gallus *Diſſertation epiſtolaire adreſſée à Mr. le Maréchal de Biron ſur une Lettre de Tr. des Tumeurs & Ulcères.* Paris 1760.

9) Paſſerat. de la Chapelle, Med. Reg. in Inſula Minorca, *Journ. de Med.* T. XIX. p. 414.

10) Aurran Fils, haud ita pridem Demonſtr. Anat. in Xenod. Reg. apud Nos *Lettre à ſon Pere, Journ. de Med.* T. XXIV. p. 263.

11) Franc. Roux, Maſſil. Diſſ. *de Tragearum Antivenerearum Præſtantia.* Monſp. 1765.

12) Thomas, Med. D. Pariſ. *Préſervatif ſur les Dragées Antiveneriennes du Sieur Keyſer.* Paris 1756.

le Camus 13), Astruc, Anonymo 14), Dossie', Pomme, Anonymo alio 15), Fabre, de Horne, Munnicks, Bourru. Langhansio ſua Eſſentia Mercurialis Helvetica placet, de Reynal 16) Arcana ratione Sublimatum & Turpethum corrigit. De Velnos Arcanum Vegetabile ſub forma Syrupi laudat. Enemata Mercurialia, quæ Royer invenit, Froussardo 17) blandiuntur, Anonymo Gallo 18) infenſa, ut & Gardano, qui Liquorem fundamentalem ex Sublimato componi conjicit; Jacquet 19) Antimonium ratione propria præparat, Nicole 20) remedium absque Mercurio, quem tamen omnibus ejus medicamentis ineſſe Marges 21) probat, poſſidere gloriatur. Duvicq 22) remedium ſuum non Mercuriale celebrat, ſimile Pastel 23) arridet; Bellet denique Syrupo ſuo Mercuriali unice confidit, cui Anonymus Gallus 24) applaudit. Hunc ex Mercurio in Acido Nitri ſoluto Alcohole excepto & Syrupo edulcorato componi de Horne probat, & ipſum ſtrenue damnat, eundem acriter Gardane & Anonymus quidam Gallus 25) perſtringunt.

13) Le Camus, D. M. Par. *Journ. Œconomiq.* 1756. Août p. 112. & 1757. Janvier p. 135.

14) Anonymus Gallus *Recueil de pluſieurs Pièces, concernant le Traité des Tumeurs & Ulcères, par un Medecin de Province.* Paris 1759.

15) §. IX. not. 3.

16) de Reynal, olim Chir. Caſtr. Gall. *Methode reſolutive de guérir la Verole.* Paris 1763. cito *Journ. de Med.* T. XIX. p. 478.

17) Frouſſard, M. D. (à Chaumont en Baſſigny) *Lettre à Mr. Royer ſur les bons effets de ſes Lavemens Antiveneriens.* Paris 1766.

18) §. IX. not. 3.

19) Jacquet, olim Chir. Principis Ludov. Wurtenb. *Hiſtoire abregée de l'Antimoine.* Paris 1765. cito *Journ. de Med.* T. XXII. p. 479.

20) Nicole, Gall. Reg. Chirurg. *Lettre à Mr. Morand, fils, ſur un Remède Antivenerien, dans lequel il n'entre point de Mercure.* Paris 1767.

21) P. Marges, Chirurg. *Examen & Analyſe chymique des différens Remèdes, que Mr. Nicole met en Uſage pour le traitement des Maladies Veneriennes.* Paris 1771.

22) Duvicq, M. D. *ſur l'uſage d'un Remède ſpécifique Antivenerien, dans lequel il n'entre point de Mercure.* Paris 1767.

23) De Paſtel *Opuſc.* Paris 1767. cito Diſſert. Munniks, de qua ſupra §. XVI. 53. p. 15. not. s.

24) vid. §. XXIV. not. 27.

25) vid. §. XXIV. not. 24.

# SYLLABUS AUCTORUM.

A.
Albercrombyus 58
M. Alberti 33. 37
L. Alberti 13
Albinus 42
Albrecht 59
Alcazar 11
Allain 68
Alliot 33
Almenar 9
Aloyſius 3
Amatus 18
Anonymus 10. 11. 12. 24. 28. 29. 38. 46. 52. 54. 58. 58. 74. 74. 75
Aquilanus 11
Arbaud 36
Arizzarra 73
Aſtruc 3
Auguſtini 35
Aurivillus 57
Aurran 74
B.
Bagliv 13
Baierus 65
Bailly 33
Barfecnecht 49
Barry 38
Bartholinus 43
Baſſius 29
Baſtellus 19
Bates 52
Battus 19
Baumler 33
Bayro 18
Becker 46
Behr 39
Bellet 58
Belloſte 49
A. Benedictus 62
J. Benedictus 8
Benivenius 71
Beraldus 43
Berengarius 9
Bergmann 23
Bernhardt 49
Betera 19
Bethencourt 23
Bigorre 36
Blancard 14
Blaſchke 56
Blegny 27
Blondus 22
Bœcler 55
Bœhm 12
Bœrhave 18
Bois (du) 49
Boiſſier 15
Bologninus 40
Bona 56
Bonacoſſus 17
Bordeu 70
Borellus 25
J. Borellus 40
Borgarutius 8
Boſchetti 42
Botallus 7
Boujonnier 45
Boulton 62
Bourdelot 69
Bourru 22
Brant 8
Braſſavolus 5
Brayer 68
Brendel 34
Breſt 33
Breyer 18
Brocardus 8
Brocklesby 47
Brucæus 19
Bruele 19
Brun 51
Brunellus 18
Brunn 22
Buchner 14. 28. 57. 60
Buchoz 57
Bucholz 58
C.
Cæſalpinus 7
Cairnoan 47
Calmette 32
Calvi 15
Calvo 22
A. Camerarius 18
E. Camerarius 33
R. J. Camerarius 32
Camus 75
Caneſtrini 35
Cannevarius 4
Cantwell 46
Capelle 45
Capivaccius 27
Cardanus 15
Cariophilus 70
Caſpar 32
Cataneus 11
Ceſtonus 25
Chalmeteus 20
Charles 19
Chaw 15
Cheſnau 23
Chevalier 24
Chicoyneau 46
Chriſtianopulo 57
Chriſtinus 5
Circellus 71
Claudinus 4
Clerc 39
Clowes 40
Cloy (de la) 33
Colle 4
Collin 14
Connel 47
Cordet 47
Cornicius 23
Cortilio 7
Coſte 14
Craanen 18
Crato 7
Croon 57
Croppius 60
D.
Daumond 10
Decker 27
Deidier 42
Delbœl 60
Delgado 16
Denniſton 60
Default 38
Desbois 33
Deſchamps 18
Deſportes 47
Deſvaux 18
Dibon 12
Dionis 33. 42
Dolæus 10
Dordonus 12
Doſſié 25
Douglas 46
Drilhon 49
Duvicq 75
E.
Eckmann 42
Ehrmann 34
Eiſener 11
Eſteve 47
Ettmüller 27
Everhaers 28
Eugubius 9
F.
Fabbri 18
Fabre 29
Fallopius 7
Feinler 33
Ferdinandus 7
Fernandez 17
Fernelius 6
Ferquet 18
Ferrus 17
Ferrerius 3
Feuerlin 37
Fickius 59
Flechy 47
Fontanonus 9
Fordyce 18
Foreſtus 19
Fourneau 49
Fracantianus 4
Fracaſtorius 18
Franck 28
Frauendörfer 54
Fraxinola 19
Freind 46
Fremont 33
Frieſs 40
Frizimelica 8

Frouſſard 75
L. Fuchſius 17
R. Fuchſius 17
Furſtenau 24

G.

Gærtner 34
Gallus 6
Gardane 35
Garnier 10
Gataker 50
Gaukes 12
Geach 25
Gemeinhardt 49
Gerlach 72
Ghinus 19
Gilinus 69
F. Gmelin 55
P. G. Gmelin 34
Gockelius 14
Gohl 19
Goris 33
Goulard 38
Grainger 39
Grashuis 28
Graſs 38
Grufberg 57
Grunpeckius 8
Guarguantus 17
Guerin 32
Guillaumet 19
Guiſard 38
Güldenklee 28
Guyon 9
Gynongyöſſius 34

H.

Hademann 14
Hæn 56
Haguenot 38
Hammen 32
Harris 32
J. Hartmann 19
P. Hartmann 14
Haſchardus 8
Haſſelquiſt 5
Havighorſt 37
Hauteſierck 57
Heinrici 12
Heinſius 36
Heiſter 46. 60
Helmontius 54
Henninger 33
Herrenſchwandt 33
Herrera 18
Herrmann 55
Hery 18
Heuermann 55
Hildanus 29
Hilſcher 38
Hirſchel 5
Hoek 9
Fr. Hoffmann 6
J. M. Hoffmann 57
W. C. Hoffmann 34
Horn 42
Horne 35
Horſtius 22
Houſtet 47
Hundertmarck 23
Hutten 15

I.

Jackſon 37
Ch. Jacobi 51
E. Jacobi 63
Jacquet 75
Jalon 43
Janſonius 18
Jauberthou 35
J. . C. . 33
Jonſton 10
Iſaac 40
Isla 4
Juch 34
Juncker 12

K.

Kæmpf 51
Kalm 31
Kaltſchmied 13
Key 43
Keyſer 74
Klaunig 14
Klipſch 34
Kniphof 38
Knobloch 36
Knörr 36
Knoll 57
Kœhler 53
Kramer 14

L.

Lange 14
Langhans 34
M. J. Langius 42
J. Langius 36
Lanzonus 16
Lapus 25
Laurentius 17
Leaulté 33
Leautaud 47
Leon 19
Leonicenus 71
Leonis 4
Leonus 17
Lieutaud 35
Lindern 12
Linnæus 16
Liſter 32
Lobera 5
Locher 13
Löw 13
Loſſius 10
Lot 34
Lowe 23
Ludolf 6. 38
Ludwig 11
Luſſon 32

M.

Macchellus 17
Maggius 17
Major 27
Manardus 17
Marcellus 71
Marges 75
Marteau 34
Maſſa 3
Maſſarias 17
Matthieu 69
Matthiolus 6
Mattot 32
Manflatre 74
Mauran 47
Mayerne 5
Maynardus 39
Mead 34
Medicus 55
Mercatus 19
Mercurialis 19
Mettrie (la) 18
Midy 33
Minadous 7
Miſſa 34
Mombel 32
Monavius 26
Monchan (du) 53
Monnier 46
Montagnana 70
Montanus 8
Monteſaurus 71
Montuus 3
Mooney 18
Morgagnius 25
Morphæus 35
Moyle 65
Muller 14
Munnicks 35
Mure (la) 46
Muſitanus 4

N.

Neander 26
Neubaur 32
Nicole 75
Nieſer 27
Nolanus 14

O.

Oerius 54
Ovelgün 29
Overcamp 19
Owen 34

P.

Pacius 7
Palmarius 6
Palmer 62
Paracelſus 22
Pareus 19
J. Paſchalis 22
M. J. Paſchalis 11
Paſſerat 74
Paſtel 75
Patin 45
Pauli 8
Paulmier 6
Paxmann 24
Peaget 42
Peliſſery 46
Pellerin 38
Perdulcis 8
Pereda 22
Petronius 3
Phriſius 8
Pibrac 50
Pigray 21
Pitcarnius 13

Planerius 9
Planiscampy 15
Plater 3
Platner 29
Plenck 35
Plummer 60
Pointet 49
Poll 16
Pomme 35
Poterius 6
Presle 57
Profily 63
Pujatus 33
Purmann 37

Q.

Quarin 14
Quelmalz 53
Quercetanus 22
Querenet 74
Quincy 5
Quiquebœuf 6

R.

Rabault 45
Rabours 33. 46
Raiberti 46
Raiſin 47
Ranchinus 29
Rangonus 4
Rauch 43
Raymond 57
Rebentroſt 10
Renner 17
Renodæus 36
Reynal 75
Reynaud 69
Richter 60
Rigault 19
Rinius 18
Riolanus 19
Ritter 6
Riviere 51
B. Robinſon 34
N. Robinſon 33
Roi (le) 34
Romerus 8
Roncallus 10
Rondeletius 6
Roſellus 17
Roſenſtein 10
Rotundis 35
Roux 74
Royer 35
Rudius 5
Ryff 20

S.

Sala 43
Sanchez 56
A. Saporta 22
J. Saporta 27
Sartorius 11
Saugey (du) 47
Saulſay (du) 38
Sauvages 47
Saxonia 19
Scharſchmidt 28
Schippel 27
Schlichting 23
Schmaus 17
Schreiber 60
Schrommius 37
Seguyn 45
Sennertus 7
Septalius 7
Severinus 20
Sigogne 36
Silvaticus 19
Sinapius 4
Sinte:aer 36
Slevogt 36
Sorbait 48
Sparr 21
Spielmann 34
E. Stahl 5. 40
Iv. Stahl 33
Stenzel 34
Stief 52
Stiſſer 42
Stock 46
Stockhauſen 57
Stœrck 13
Stoll 34
Stuſſius 49
Swieten 56
Sydenham 32
Del. Sylvius 5
Jac. Sylvius 40
Joh. Sylvius 17

T.

Tellgmann 14
Thebeſius 5
Thieullier 34
Thilemann 33
Thirion 35
Thomas 74
Thuillier 48
Tilloloy 47
Tomitanus 4
Torella 7
Torres 74
Torrez 19
Tozzotti 18
Trew 14
Trincavellius 18
Trumphius 45
Turner 5

U.

Ucay 29
Unzer 45

V.

Baſ. Valentinus 55
M. B. Valentinus 40
Valliſnerius 40
Vandermonde 74
Varandæus 7
Vauloué 73
Vella 8
Venel 49
Venuſtus 27
Vercellonus 27
Veſalius 4
Veſti 42. 63
Victorius 17
Vidus Vidius 10
Vierzigmann 59
Vigierius 32
Vigo 44
Vochs 9
Vogel 57
Voyſin 38

W.

Waldſchmidt 49
Wathen 47
Weber 34
A. Wedel 36
W. Wedel 13. 59
Weickard 27
Weisbach 16
Weiſſmann 33
Werlhof 29
Wichmann 57
Wierus 19
Willoughby 46
Winckler 36
Wiſemann 39
Wynell 9

Z.

Zacutus 27
Zecchius 7
Zwelfer 55
Zwinger 27

## *ERRATA.*

*Pag.* 3. *not.* 2. *pro* Bœrhavi *leg.* Bœrhavii. *p.* 6. *lin.* 5. *pro* RITFER *l.* RITTER. *ibid. lin.* 2. *pro* 1744. *l.* 1674. *p.* 8. *lin.* 8. *pro* (.) *l.* (?) *p.* 10. *not.* 1. *lin.* 1. *pro* 1744. *l.* 1644. *p.* 13. *lin.* 16. *poſt* L. *adde* radicem. *p.* 15. *not.* 27. *pro* Roncullum *l.* Roncallum. *p.* 19. *not.* 52. *pro* Silvatius *l.* Silvaticus. *p.* 26. *lin.* 13. *pro* L. *l.* Fl. *p.* 32. *lin. penult. text. pro* Cammerarius *l.* Camerarius. *p.* 34. *n.* 29. *pro* merculiali *l.* mercuriali. *p.* 37. *lin.* 9. *poſt* expellendum *adde* virus. *p.* 39. *lin.* 2. *pro* Gynongyöſius *l.* Gynongyöſſius. *p.* 47. *not.* 19. *pro* a *l.* o. *p.* 50. *in fin. pro* (,) *l. ſemper* (!) *p.* 51. *not.* 2. *pro* Braun *leg.* Brun. *p.* 54. *not.* 6. *pro* celeber *l.* celebris. *p.* 55. *l.* 15. *pro* aute *l.* ante. *p.* 56. *l.* 9. *del.* (,) *prim.* *p.* 56. *not.* 6. *pro* Beneventum *l.* Benvenutum. *p.* 60. *l.* 6. *pro* ſi *l.* ſi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0083-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0084-5

Strassburg, Med. Diss., 2.
ULB Halle 3
004 194 284
Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0085-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0086-7

13

# VARIAS
# SYPHILIDIS
# THERAPIAS

PRO LICENTIA

GRADUM, HONORES ET PRIVILEGIA

MEDICINÆ DOCTORIS

RITE IMPETRANDI

SOLEMNI PHILIATRORUM DISQUISITIONI

SISTIT

*DIE XXIX. MAJI A. MDCCLXXI.*

MICHAEL FRID. BOEHM

ARGENTORATENSIS

H. L. Q. C.

*ARGENTORATI*

Typis JOH. HENR. HEITZII, Univerſitatis Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199336-p0087-3